NOW PUBLISHING.

In monthly numbers, price 1s. or India proofs, 2s. each Number, containing four highly finished Engravings, printed in Quarto, of

JONES'S VIEWS

OF THE

NEW BUILDINGS, IMPROVEMENTS, &c.

OF THE

METROPOLIS,

FROM ORIGINAL DRAWINGS TAKEN FROM THE OBJECTS THEMSELVES,

EXPRESSLY FOR THIS WORK, BY

MR. THOMAS H. SHEPHERD,

AND ENGRAVED IN THE FIRST STYLE OF THE ART, BY

Messrs. Freeman—Fox—Wallis—Tingle—Barber—Tombleson—Smith—Lacey—Barenger, &c. &c.

*** This Work will comprise the whole of the SPLENDID and ASTONISHING IMPROVEMENTS which have recently taken place and are still in progress throughout the BRITISH METROPOLIS and its ENVIRONS, accompanied by Historical and Topographical Descriptions, (which may be had or not at the option of Subscribers), to bind with the Work; the whole forming about 40 Nos. at 1s. or 8 Parts at 5s. each. With a view to extensive circulation, the present price is made unprecedentedly low, but must unavoidably be doubled on completion of the Work. A List of Subscribers is in preparation, for which names are respectfully solicited.



Coliseum, Regent's Park.

LONDON:

PUBLISHED BY JONES AND CO.

REMOVED FROM ACTON PLACE TO

THE TEMPLE OF THE MUSES (*Late Lackington's*), FINSBURY SQUARE;

AND MAY BE HAD OF ALL BOOKSELLERS.

1823.

[See other side.

JONES'S

ECONOMICAL AND CORRECT UNIVERSITY EDITIONS OF BRITISH CLASSIC AUTHORS.

Embellished with fine Engravings on Steel, from the Great Masters.

The beautiful Typography, Correctness, and immense saving, (not less than two-thirds in price and binding) peculiar to this compact and elegant Library Series of the best English Authors, have obtained for them a decided preference over other Editions.

Series of BRITISH HISTORIANS, in Octavo.

HUME and SMOLLETT'S HISTORY of ENGLAND, the 13 Vols. published at £5, complete in Two beautiful Octavo Vols. with coplous Indexes, and fine Engravings from SMIRKE, WEST, TRESHAM, BROMLEY, &c. extra boards .. £1 9 0
MILLER'S REIGN of GEORGE III. uniform, and as a Continuation to the above, down to the Coronation of GEORGE IV. boards 0 10 0
FERGUSON'S HISTORY of the ROMAN REPUBLIC; the whole Five Vols. 8vo. complete in One, boards 0 8 6
GIBBON'S DECLINE and FALL of the ROMAN EMPIRE, the whole Twelve Vols. complete in Four, with maps and plates, boards 1 15 0
GILLIES' HISTORY of GREECE, the 4 Vols. 8vo. complete in one Vol. boards .. 0 9 6
ROBERTSON'S HISTORICAL WORKS; the whole Twelve Vols. complete in Two Vols. plates, &c. boards 1 5 0
viz. HISTORY of AMERICA 0 8 6
——— CHARLES 5th. 0 9 6
——— SCOTLAND and INDIA 0 7 0
RUSSELL'S HISTORY of MODERN EUROPE: with Continuation, complete in Two Vols. plates, &c. (in the press.) .. ..

DRAMATIC SERIES.

SHAKSPEARE, complete in One elegant Octavo Vol. with Notes, and Life, boards 0 16 0
BRITISH DRAMA: comprising the best Pieces in the English Language, uniform with the above, 2 Vols. Octavo boards 1 10 0

Series of BRITISH CLASSICS, or Essayists.

The Forty-five Volumes complete in Five Vols. Octavo, viz.

SPECTATOR; the 8 Vols. complete in One beautiful 8vo. Vol. fine Engravings, bds. 0 16 0
TATLER and GUARDIAN; complete in One Vol. ditto 0 14 0
RAMBLER and IDLER; complete in One Vol. ditto 0 9 0
MIRROR and LOUNGER; complete in One Vol. ditto 0 7 6
OBSERVER; complete in One Vol. ditto 0 6 0
ADVENTURER; complete in One Vol. ditto, sewed 0 5 0
WORLD; complete in One Vol. ditto 0 6 6
CONNOISSEUR; complete in One Vol. ditto 0 4 6
KNOX'S ESSAYS; complete in One Vol. 0 6 0
OLLA PODRIDA and MICROCOSM; by CANNING and OTHERS, (in the press.)

*** The whole of the Essayists to be completed in Five elegant Library Volumes, same as the 45 Volumes of other Editions, presenting vast saving both in Price and Binding.

Series of MODERN POETS, &c. Octavo.

BURNS' WORKS, and LIFE, by DR. CURRIE; complete in One Vol. boards .. 0 9 0
DARWIN'S POETICAL WORKS; complete in One Volume 0 7 0
KIRKE WHITE'S REMAINS; complete in One Volume 0 4 0
COWPER'S POETICAL WORKS; complete in One Volume 0 3 6
POPE'S WORKS, and HOMER; complete in One Volume 0 9 0
PETER PINDAR'S WORKS 0 7 0
BYRON'S SELECT WORKS; (including Don Juan.) 0 6 6
ROBINSON'S (MRS.) POEMS 0 5 0
JOHNSON'S LIVES of the POETS, complete in One Volume 0 6 6
——— COMPLETE WORKS, and LIFE, by MURPHY; the Thirteen Vols. complete in Two 1 11 6
BOSWELL'S LIFE of JOHNSON; the Four Vols. complete in One boards .. 0 10 6
O MEARA'S NAPOL
plates. boards ..

LELAND'S DEMOSTHENES; complete in One Volume, 12mo. boards 0 4 0
JARVIS'S DON QUIXOTE; Two Vols. 12mo. with 24 humorous Illustrations by Cruikshank, boards 0 10 0
LE SAGE'S ASMODEUS; 12mo., with 4 Illustrations by Cruikshank, boards .. 0 3 0

CABINET EDITION of the British Poets,

Comprising, in 4 Vols. Duodecimo, nearly as much as the sixty Vols. of Johnson's Edition, and including many recent Authors, in lieu of those of inferior merit. 4 Vols, price £2 · 2.. or 10s 6d. each Volume.

CABINET EDITION of Classic Tales,

Complete in one Volume; containing the best Works of Imagination in the English language, price 10s. 6d. boards.

THE

FIRST TWENTY-EIGHT

ODES OF ANACREON,

IN GREEK AND IN ENGLISH;

AND

IN BOTH LANGUAGES, IN PROSE AS WELL AS IN VERSE:

WITH

VARIORUM NOTES; A GRAMMATICAL ANALYSIS;

AND

A LEXICON.

BY JOHN BRODERICK ROCHE, M.D. AND A.M.

&c. &c. &c.

LONDON:

PRINTED BY A. J. VALPY,

RED LION COURT, FLEET STREET,

FOR SHERWOOD, GILBERT, AND PIPER, PATERNOSTER ROW.

1827.

ADVERTISEMENT.

UNDER an impression that the novelty of plan, and advantages of arrangement, adopted in this Edition of Anacreon, will render it generally acceptable to Students, the Publishers have been induced to publish the first twenty-eight Odes separately. The disposition of the work comprises—

1. The Greek text from the best authorities.
2. The same text arranged in the prose, or literal order, for the use of learners.
3. A translation in English rhyme.
4. A literal translation in prose, in which the ellipses of the original are supplied, and the points of difference between the idioms of the Greek and English languages pointed out.
5. Variorum Notes, for the most part in English, selected from the best Editors and Commentators.
6. A grammatical Analysis, in which all the original Greek words are parsed for the use of learners; and
7. A Lexicon, in which the same words are all fully explained, so as to supersede the necessity of a separate Greek Lexicon.

The literal Translation, the grammatical Analysis, and the Lexicon, will, it is presumed, render the edition one

of the most useful that can be put into the hands of learners; whilst the very copious body of Variorum Notes appended to the Text will also, it is hoped, recommend it to those who are already acquainted with the Greek language.

LEXICON.

A.

Ἀβλαβης, εος, ὁ, ἡ. 3, 31. *illæsus, integer.* De arcu Amoris. *Illæsum est cornu;* id est, *arcus,* qui conficiebatur ex cornu, vel ita appellabatur ob similitudinem, ut apud Ovid. Metam. 5, 383. *Flexile cornu.*

Ἀβουλος, ου, ὁ, ἡ. νοημα ἀβ. 14, 4. *consilii expers. Mens consilii expers morem non gessit.*

Ἀβρα· ἁβρα γελαν. 5, 5. 6, 3. *læte, dulce ridere.* Poëtæ enim neutris adjectt. plurall., subintellecto κατα, vim adverbiorum subjiciunt. Ἐρ. ἁβρ. 58, 1. est Amor *mollis, tener* i. e. *formosus.* Nihil amplius.

Ἁβρος, α, ον, *tener, delicatus, formosus.* 58, 1.

Ἁβροχαιτας (Ion. pro ης, ου.) Cui sunt *comæ comtæ. Molles habens capillos. Pulcher, formosus.* 6, 8. de puero ad magadin canente.

Ἀγαθος, η, ον. proprie is, qui valde currit, ab ἀγαν et θεω, quæ temporibus Heroicis præcipua habebatur virtus: *bonus* i. e. *peritus:* in quocunque enim est scientia et facultas alicujus rei, ille Græcis ἀγαθος dicitur. 28, 1. 2. Vid. *Bach.* Ind. ad Xenoph. Œcon. et Harl. ad Anthol. Gr. poët. pag. 272. Hinc dii appellantur ἀγαθοι. Conf. et *Walchii* Obss. in Matth. ex Græc. Inscriptt. Jen. 1779. pag. 42. Eodem modo Latini suum *bonus* usurpant. Conf. Munk. et Staveren ad Fulgent. pag. 666.

Ἀγαλμα, τος, το. (1°) *Voluptas, decus, deliciæ.* Hæc est prima et antiquissima hujus vocis significatio. 53, 6. Schol. ad Hom. Il. δ, 144. ἐστι δε ἀγαλμα—παν, ἐφ' ᾧ τις ἀγαλλεται και χαιρει. (Sic et Hesych.) Οἱ δε μετ' Ὁμηρον ποιηται ἀγαλμα εἰπον το ξοανον. Rosa dicitur voluptas Gratiarum, quia Gratiæ et Venus quasi præcones veris finguntur: vel quia Gratiæ rosis cinctæ finguntur, earumque auctores habentur; nam quidquid est pulchrum et venustum a Gratiis proficisci et amari putatur. Quare etiam apparent tempore verno, ubi natura reviviscit floribusque ornat terram. 37, 2. Conf. od. 37. Horat. 1, 4, 78. sq. (2°) *Statua,* inprimis Deorum, et quidem, si fides habenda auctoritati Ammonii sub v. ξοανον, statua ex lapide pretioso constructa. Conf. *Ruhnken.* ad Tim. pag. 3. sqq. et Lennep. Etym. Gr. l. p. 17. ed. Schneid.—Ἀλλ' ὡς ἀγαλμ' ἐσειδον, *sed, quasi ut statua, mei haud amplius compos, adspexi Adonidem.* (Theocrit. Idyl. in mortuum Adonid. v. 28.)

Ἀγελη, *grex:* ἐξ ἀγελης ἐλασθεις, ex grege depulsus. 35, 8.

Ἀγερώχος, ου, ὁ, ἡ. *splendidus, superbus, præcipuus.* 53, 42.

Ἀγητος, η, ον, *admirabilis.* 53, 36.

Ἀγκαλη 39, 18. ἀγκαλαις κουρην κατεχων, *lacertis puellam amplexu fovens,* et Hom. Il. ξ, 353. ἑχε δ' ἀγκας ἀκοιτιν, ubi Schol. εἰς τας ἀγκαλας. Vid. *Alberti* ad Hesych. sub v. ἀγκας, quod ille interpretatur ἀγκαλας ἡ ἀγκαλαις.

Ἄγρα, *præda:* ἄγρα περδικος, *præda perdicis,* i. e. puellæ callidæ et libidinosæ, qualis habetur hæc avis. Athen. l. 9. p. 436. Edit. Schweigh. ἐστι δε το ζωον κακοηθες και πανουργον· ἐτι δε ἀφροδισιαστικον. 62, 8.

Ἀγριος, ια, ον, *terrestris,* 9, 24: *sævus.* 60, 2.

Ἄγρος, unde *ager,* 9, 22.

Ἀγχω 52, 22. posuisse videtur auctor pro πλησιαζειν, *appropinquare,* quod dicitur de maribus, qui rem habituri sunt cum mulierculis; μη θελουσαν ἀγχει, *repugnanti puellæ vi appropinquat juvenis ebrius.* Bene et verecunde hæc verba exprimunt audaciam et protervitatem ebriosi; nam vino amor incenditur. Hesych. ἀγχει· πλησιαζει. — Ἀγχω, unde *ango, strangulo;* et 52, 22. *Vitium affero virgini,* ut docet v. 24. ib. ἀτακτα παιζει. Recte igitur Hesychius explicat verbo πλησιαζειν, rem habere cum mulieribus. Neque est ut putes hoc vocabulum, istud significatum induentem, debuisse jungi dativo, quum, e palæstra arcessitum, significet *vi comprimere, omni verecundia et pudore abjecto audacter et proterve æstum amoris vino incensum refrigerare.*

Ἀδηλος, ου, ὁ, ἡ. *incertus.* 41, 20.

Ἀδωνις, ιδος, ὁ. 29, 28. Adonis, Cyniræ regis Assyriorum filius, juvenis eximiæ pulchritudinis, qua vel ipsa Venus amoris quodam furore abriperetur. De historia et ritibus festorum, quæ in ejus honorem in Græcia aliisque regionibus a mulieribus celebrabantur, docte et eleganter agit *Manso* ad Bion. Id. I. vid. ejus interpret. Bionis vernac. Gothæ 1784. 8.

Ἀειδω, *cano,* de lyra 1, 12: de cicada, 43, 4.

Ἀειρω, *tollo.* animus ad cœlum, ad deos sublatus: divina quædam ingenii vis.

Ἀερθεις (ab ἀειρω) νοος ἐς θεους. 51, 7. *animus ad deos usque evectus.*

Ἀημα, τος, το. proprie *spiritus,* venti flatus. Hesych. ἀημα· πνευμα, φυσημα. Suid. ἀημα· ἡ πνοη του ἀνεμου. Rosa dicitur 53, 4. θεων ἀημα *deorum aura,* quia dii odores rosarum spirabant et auras odore ambrosiæ quasi infectas carpebant. Opinione Mœbii, haud quadrat explicatio Fischeri et aliorum, qui putant, rosam dici *auram Deorum,* propterea, quod dii, vel odores rosarum spirarent, vel auras odore unguenti rosacei, h. e. ambrosiæ, infectas carperent.

Ἀηρ, unde aër: ἐπ' ἠερος [pro ἀερ.] θεουσα, *per auram volitans.* 9, 4.

Ἀητης, ου, ὁ. *ventus.* 39, 7. voc. Homeric. cui etiam jungitur ἀνεμος, e. gr. Il. ξ, 254. ο, 626. ubi Schol. χαλεπον ἀνεμου πνευμα. Hesych. ἀητης· ἀνεμος. consent. Suidas.

Ἀθλος, ου, ὁ. *pugna, labor.* 1, 7. de laboribus Herculis, de quibus conf. Anthol. vet. Lat. lib. I. epig. 42: et Auson. Eidyll. 19. Differunt ἀθλος et ἄθλον, monente Ammonio pag. 4. ed. Valcken. ita, ut illud *pugnam* ipsam, hoc *præmium* certaminis significet. Labores Herculis æri incisi occurrunt in Winkelm. *Monumenti inediti.* Vol. I. Tab. 64. 65. et in gemmis Musei Florentini antiquis tabb. 36-39.

Ἀθρεω, *aspicere, cernere, contemplari.* 11, 3. vocabul. poët. Hesych. ἀθρει· βλεπε, ὁρα, νοει, ἰδε. Haud est (inquit Mœbius) vocabulum poëticum, ut Degenius observat.

Ἀθυρμα, τος, το. proprie *ludicrum,* παιγνιον, ut Suid. et Hesych. interpretantur; sed 53, 8. est i. q. ἀγαλμα *deliciæ, voluptas;* de rosa Veneri sacra atque jucunda.

Ἀθυρω, (1°) *ludere,* proprie *puerorum more.* Hesych. ἀθυρει· παιζει. Deinde, ut quoque Latinorum *ludere* de ludis et jocis, quos juvenes inter puellas serunt, adhibetur. 8, 6. 42, 7. (2°) *Ludere,* i. e. lyra canere 18, 19. de Apolline citharœdo, cujus admirabilis effigies occurrit in Pitt. antiche d'Ercol. Vol. 1. tab. 3: et 6, 10. de puero magadin voce comitante.

Αἴας, *Ajax,* Telamonis filius, heros ab Achille secundus, acerrimus bellator, ab Hectore post pugnam singularem accepit, in amicitiæ pignus, gladium, eique dedit cingulum. Tandem, cum sibi prælatum videret Ulyssem, in furorem actus se ipse gladio, quem sibi donaverat Hector, transfixit. 31, 13.

Ἀΐδης, ου, ὁ. *orcus, inferi.* propr. *invisibilis,* quia inferorum sedem videre nemo potest. 56, 9. Hesych. ἀΐδης· ᾅδης et Suid. ὁ ᾅδης; ab α et ἴδω, ἰδεω.

Αἰδος, εος, το. *pudor, verecundia.* 29, 20. suaviter et exquisite conjungitur cum ἐρυθημα, quia verecundia pudicorum puerorum puellarumve genas suavi rubore tingere solet.

Αἴδω, *canere.* 1, 7. ubi imperfect. ᾖδον poëta pro θελω ἀδειν vers. 2. posuit:—ηδον, jam in eo eram ut canerem. Vid. ἀειδω.

Αἴδως, οος, ἡ. *pudenda.* 29, 36. Pinge pudenda *depilia,* vel, ut Fischerus mavult, *lanata,* ob versum qui sequitur. At pilos amatores non amare solebant in pueris.

Αἰνεω, *laudare, celebrare.* 15, 4.

Αἱρεω, *vincere, capere.* 15, 3.

Αἰρω, *sumere, prehendere.* 14, 5. de Cupidine arcum arripiente et poëtam ad pugnam singularem provocante.

Ἀκανθη, *spina.* 53, 42. *In viis, ubi rosæ proveniunt, spinis obsitis:* 53, 12.

Ἀκις, δος, ἡ. *cuspis.* 45, 5.

Ἀκμαιος, α, ον, *florens.* 34, 4. ἀνθ. ἀκμ. ὡρ. vigens flos juventæ. Hesych. ἀκμαια· ἀκμαζουσα, θαλλουσα et ἀκμη· νεοτης, ἡλικια. Ἀκμη nempe (ab ἀκω, ἀκη) proprie *cuspidem,* deinde, quidquid summum i. e. perfectum est in suo genere, significat. Sic Pind. Ol. 1, 20. δρεπων μεν κορυφας ἀρεταν ἀπο πασαν.

Ἀκμην, i. e. ἐτι και νυν, *adhuc.* 33, 9. Hesych. et Suid. interpret. ἀκμην· ἐτι· Ἀκμην pro ἐτι damnant quidem veteres Grammatici, sed tamen boni scriptores ita loquuntur. Est nempe proprie accusat. nominis ἀκμη, quod *aciem, cuspidem,* deinde summum alicujus rei et in primis punctum temporis significat opportunum ad aliquid agendum. Olim adjectum esse debebat κατα, quo amisso accus. ἀκμην, ut sæpius, in adverbium abiit. Cf. et Schleusn. Lex. in N. T. sub ἀκμη, *Alberti* ad Hesych. s. h. v. et *Kypke* Observatt. S. Tom. I. p. 76.

Ἀκρον, ου, το. *summum, apex.* 8, 4. *summis plantis,* id est, *suspenso gradu.* 43, 2. τα ἐς ἀκρ. i. e. κατα τα δε μερη εἰς ἀκρον ὀντα, *extrinsecus.* 29, 5.

Ἀκουω, *audio.* 49, 2. audi, pictor, musam lyricam. Male Born. (inquit Mœbius,) Μουση, h. e. poëta, vates.

Ἀκων, pro ἀεκων, *nolens, invitus.* 25, 5.

Ἀλαλημαι, *errare*. Hesych. ἀλαλημενος· πλανωμενος. De Venere genitrice, 51, 12.

Ἀλαλητος, ου, ὁ. *clamor, vociferatio*. 57, 8. apprime de clamoribus potatorum, uti apud Homerum de clamore pugnantium: e. gr. Il. δ, 436.

Ἀλειφω, *ungere*. 20, 12.

Ἀληθως ἀ. τ. π. 28, 18. intelligo, quasi esset ἀπο του ἀληθου πυρος. (*Degen.*) *Vere, plane*. Plane igneum, scil. igne micans, pinge lumen. Sine causa Degen ita intelligit h. locum, quasi dictum esset—ἀπο του ἀληθινου πυρος. (*Mœbius.*)

Ἀλικτυπος, ου, ὁ, ἡ. *per æquora sonans*. 39, 7. exquisitum epitheton venti rapidioris, qualis tempestate orta esse solet in pelago, unde etiam de fluctibus adhibetur.

Ἀλιπορφυρος, ου, ὁ, ἡ. *conchyliatus, murice tinctus*. 8, 2. Hesych. ἁλιπορφυρα· ἁλουργη, τουτεστιν, ἐκ θαλασσιας πορφυρας, ubi vid. interprett. et D'Arnaud Animadverss. p. 234. seq.; vid. quoque Aristoph. Plut. 542., ibique Fischer. Edit. Kuinoel.

Ἀλκη, *vigor corporis*. 54, 11.

Ἀλκμαιων, ονος. Alcmæon, Amphiarai et Eriphyles filius, 31, 4. Adrastus monile aureum gemmis distinctum sorori suæ Eriphylæ dono dedit. Quo accepto ea conjugem prodidit, ut ad bellum Thebanum proficisci cogeretur, ex quo sciret, se non esse rediturum. Alcmæonem, cui pater præceperat, ut post mortem suam matrem Eriphylen interficeret, postea furiæ exagitarunt. Vid. Hygin. fab. 73. pag. 145. ed. Stav. ibique interprett. et Wernsd. ad Auson. Cupid. cr. v. 26.

Ἀλλα: *servit objectioni et orationi quæ repente abrumpitur*, 10, 10. *Habet vim copulandi, et idem valet, quod* ἀλλ' ὁμως, 40, 3. *Non viderat apiculam, sed tamen punctus est*. Hanc particulam Græci (ut in loco citato) ponere solent, præcedente negatione, ita ut res eo majorem moveat admirationem, et tunc reddendum, *sed tamen, at vero*.

Ἁλωσις, εως, ἡ. *clades*. 16, 3. Facete et docte poëta amores suos appellat ἁλωσεις, multitudinem illorum simul indicaturus. Hesych. ἁλωσιν· φθονον, (ubi malim, inquit Degen, cum interprett. legere φθορον aut φθοραν) πορθησιν. Poëta h. v. ad carmen quoddam Græcorum Τροιας ἁλωσις dictum alludere Baxtero videbatur: itemque Fischero.

Ἁμα, *simul, una cum*. 6, 8. 28, 20.—Jungitur *dativo*, 42, 15.

Ἁμαξα, ης, ἡ. *septemtriones*, i. q. Ἀρκτος: septem stellæ fulgentes in ursa majore. 17, 8. Signa cœlestia ficta esse olim in toreumatibus, vel ex scuto Achillis, ad quod Anacreontem h. l. allusisse vix crediderim, cognoscimus. vid. Il. σ, 483. seq., ubi quoque septemtriones (ἁμαξα) occurrunt. (*Degen.*) *Plaustrum*, (inquit Mœbius,) deinde *sidus*, Græco agricolæ ita dictum, quia speciem præbebat septem boum, i. e. Septemtrionum: Nam prisci homines Latini triones appellabant tauros—h. septem stellarum in cauda et trunco ursæ majoris. (*Mœbius.*)

Ἁμας i. e. ἡμετερας, Dorice, 27, 3.

Ἀμβροτος, ου, ὁ, ἡ. pro ἀβροτος, *immortalis*, proprie qui non *edit* sc. cibum, qualem edere solent homines. Hinc Horat. τον βροτον egregie expressit verbis illis: quicunque *terræ munere* vescimur. 53, 43. de rosa, ob eximium ejus aspectum et odorem; vel quia nunquam colorem et odorem amittit, Bacchoque sacra habetur. Vid. quoque 5, 2.

Ἀμειβω, i. q. ἀμενω (ἀμεω, ἀμειω, ἀμειβω) notat plerumque *aliquid substituere*; hinc 1, 5. *mutare*, de

immutatis ob diversam carminis materiam fidibus, qui significatus non adeo frequens occurrit. Hesych. ἡμειψα· ἠλλαξα.

Ἀμπανομαι, *quiescere*. 41, 9.

Ἀμπελος, ου, ἡ. *vitis*. 17, 12. 50, 7.

Ἀμυνω, proprie *propulsare, arcere*. v. Küst. de Verb. med. pag. 57. de auxilio quod rosa fert mortuis, *defendere a putredine*. 53, 25. Ratio habetur moris corpora defunctorum unguendi rosaceo. Nihil amplius. (*Mœb.*) Hesych. ἀμυνει· βοηθει.

Ἀμυστι (μυω) πιειν, proprie *ore non clauso*, i. e. continenter, uno spiritu haustuque bibere. 21, 2. 31, 2. 57, 2. Hesych. ἀμυστιν· συνεχη ποσιν, et Suid. ἀμυστι πιειν, λεγεται ἐπι των ἀπνευστι και ἀνευ του ἀναπανεσθαι πιοντων· vid. Alberti ad Hesych. sub v. ἀμυστις Tom. I. pag. 688. *Jani* ad Horat. I, 36, 14. et *Guys* litt. Reise P. 2. p. 72. qui ibi morem vett. Græcorum, ἀμυστι πινειν optime illustrat.

Ἀμφι cum dat. *in, super*. 35, 3. *Circum*.

Ἀμφιπλεκω, *cingo*.

Ἀν (1°) præsenti *indicat*. junctum obtinet vim suam potentialem. 9, 30. observante jam Brunck. ed. tert. ad h. l. *soleo* saltare. (2°) Cum *optativo* actum verbi mutat in voluntatem agendi et redd. *quæso*. 22, 7. τις ἀν παρελθοι, quis *quæso* prætereat? (3°) Cum *conjunctivo, si*, quia conditio rem incertam efficiens parum recedit a prima et propria vi hujus partic., quæ est ἀοριστολογικη. 28, 8. 10, 8. δ' ἀν ἐκμ. παν. *at si omnino verum scire vis*.

Ἀναβαινω, *ascendo*. 7, 8. 56, 12.

Ἀναγκη, ης. 36, 2. ἀναγκαι ῥητ. sunt *præcepta artis dicendi ;* docte pro *eloquentia*.

Ἀναδευω, *irrigare, madefacere*. 57, 6. ἀναδευων sc. ἐμαυτον, *irrigans me*, i. e. *vino madens*.

Ἀναθαλπω, *refovere, calefacere*. 3, 21.

Ἀναιμοσαρκος, ου, ὁ, ἡ. qui habet carnem sanguinis expertem. 43, 17. (*Degen.*) Carne sanguinis experti præditus, quia cicada liquore rubro illo, qualis est sanguis multorum animalium, destituta est, ut dii cœlestes, qui audiunt ἀναίμονες apud Homer. Il. 5, 340. ibique Köppen. p. 47. (*Mœbius.*)

Ἀναλλομαι, *insilire*. 3, 29. ἁλλομαι proprium est saltantium. Vid. Pollux lib. 3, 151.

Ἀναμελπω, *celebrare*. 41, 2. Proprie ibi loquitur poëta. Μελπειν enim notat lyra, cithara, cymbalis, aut fistula deorum hominumque laudes cantare. Vid. *Staver*. ad Fulgent. pag. 642. Videtur ex μελος et ἐπω ortum.

Ἀναξ, *Rex*. 15, 2.

Ἀναπτω, proprie *adnectere ;* subintellecto πυρι, igni aliquid adnectere vel adfigere ; unde oritur significatio *incendere*. 3, 15.

Ἀναπυροω, *incendo*.

Ἀνασταλυζω, *flere, lacrymari*. 56, 7. Hesych, ἀστυλαξει· (quod Brunck, Barnes ad h. l. et Alberti pro ἀσταλυζει scriptum putant) λυπει μετα κλανθμου.

Ἀναστεναζω, proprie, *graviter suspirare, anhelare*. 21, 4. exquisite de poëta vini æstu fere confecto. *Ingemiscere*. 45, 15.

Ἀνατελλω, *nasci jubere*, i. e. *proferre*. 53, 41.

Ἀναυρος, ου, ὁ. 7, 4. proprie *torrens*, i. e. fluvius, qui non de viva aqua, sed ab imbribus et pluviis in valles ruit. Schol. ad Apoll. Rhod. 1, 9. οἱ ἐξ ὑετων συνισταμενοι ποταμοι οὑτω (sc. ἀναυροι) καλουνται, ad quem locum v. *Hölzlin*. cf. Schneider Anmerkk. pag. 288. et Harles ad Anthol. Gr. pag. 136.

Ἀναχεω, *effundere, superfundere*. 51, 3. exquisite et apposite de un-

dis cælatis tanta arte fictis, ut in discum vere effusæ videantur.

Ἀνεμοστροφος, ὁ, ἡ. *vento agitatus, præceps, rapidus.* 41, 14.

Ἀνευθε, pro ἀνευ. 48, 2. Sine chordis cruentis, ad quas mors heroum solet cantari. Vult Poëta sibi tradi lyram Homer.; hoc est, carmen lyricum canere, sed ita ut nihil epici immisceat.

Ἀνημερος, ου, ὁ, ἡ. prop. *immansuetus* i. e. *inhumanus, ingratus.* Hesych. ἀνημερων· ἀγρων.

Ἀνηρ, ἀνδρος, ὁ. 55, 3. (1°) hoc voc. a Græcis eleganter additur nominibus gentium, et tunc redundat. Conf. quoque Fischer Ind. Palæph. sub h. v. (2°) pro νεος, *juvenis,* 52, 2. quod apparet ex comitatu των παρθενων.

Ἄνθος, εος, το. *flos.* 34, 4. docte et exquisite sic pulchritudo feminea vocatur. Quidquid enim optimum purissimumque in quacumque re fuit, id omnis ætatis poëtæ omnino *rei florem* appellare solent. Pind. Pyth. 4, 335. de Argonautis ναυτων ἀωτος. Catull. carm. 64. ego gymnasii fui *flos.* Et nostri imitari solent; hinc quoque primam vitæ ætatem floribus comparare amant. Tyrt. 1, 28. Hom. Il. ν, 484. habent ἡβης ἄνθος. Martial. 5, 45, 7. de Baccho: perpetuo sic *flore* mices. Conf. quoque *Harles* ad Anthol. Græc. pag. 45. et in Indic. et *Koeler* ad Simonid. carm. περι γυν. p. 82. Hom. Il. ν, 599. vel habet οἴος ἀωτον.

Ἄνθρωπος, [ab ἄνω et ὠψ] quia homo faciem habet erectam, ut cœlum intueatur. 9, 37.

Ἄνια, ας, ἡ. *dolor, tristitia.* 42, 10.

Ἀνοιγω, *aperio.* 3, 10. 16.

Ἄνοπλος, ὁ, ἡ, *armis destitutus.* 18, 14.

Ἄνοσος, ὁ, ἡ, *sanus.* 50, 11. 12. 13.

Ἀντι, *pro,* cum *Genitivo.* 2, 10.

Ἀντιφωνεω, *resonare.* 1, 9. de lyra, quæ eum non edidit sonum, quem poëta audire volebat. Bene sic animatur instrumentum musicum, quod vati bella decantaturo adversabatur.

Ἀνυβριστι βασσαρειν. 57, 6. i. e. χαριεντως μανηναι. 54, 14. *hilarem esse absque rixis et vociferatione.* Βασσαρειν enim i. q. βακχευειν, factum ex Βασσαρευς i. e. Bacchus, sic dictus a pellibus hinnulorum aut vulpium, quas Bacchæ in Dionysiis gestasse dicuntur. Βασσαραι auct. Hesych. sunt χιτωνες, οὓς ἐφορουν αἱ Θρᾳκιαι Βακχαι, et Βασσαρεια apud eundem τα ἀλωπεκεια οἱ Λιβυες λεγουσιν. Conf. et *Jani* ad Horat. 1, 18.

Ἀπαθης, malorum, ut morborum senectutis, expers: 43, 17.

Ἁπαλος, η, ον, *tener, mollis.* 7, 10. eleganter et apposite de alis mollibus Cupidinis. 8, 8. de pueris venustis. 22, 3. de teneris arboris foliis. 28, 7. de mollibus amicæ capillis. 29, 24. de tenero et pulcro amasii labio. 51, 6. de Venere tenera pulchraque in disco cælata.

Ἁπαλοχροος, ου, ὁ, ἡ. proprie *mollicarnis,* qui mollem teneramque habet cutem: e. g. de mulierculis teneris, Hom. Hymn. in Ven. 14. παρθενικας ἁπαλοχροας. 51, 14. suaviter et exquisite de placido æquore quod, dum fluctibus non agitatur atque turbatur, *molle* quasi et *læve* nobis videtur.

Ἁπαλυνομαι, *emolliri, complanari.* 37, 4. eleganter de maris tranquillitate tempore verno.

Ἅπας, ασα, αν, *omnis, totus:* 1, 6. ἁπασα λυρα lyra ipsa, lyra omnino. vid. Harles ad h. l. Sens. lyram mutavi i. e. aliam lyram sumsi. (*Degen.*) Sensus est—*Lyram mutavi, alias chordas intendi,* non, ut Degen interpretatur, *aliam lyram sumsi.* (*Mœb.*)

Ἀπερχομαι, *abire.* 11, 7. de ca-

pillis, qui fronti senis poëtæ exciderant. Sed suaviter dictum. Abeunt quasi capilli senis. Vid. quoque 4, 16.

'Απεχω, *defendo, impedio.* Post ἀπεχει 28, 33., quod interpretes subinde valde torsit, *Harles* supplet κηρος et interpretatur: *cera impedit* (v. Kypke Obss. S. Tom. I. pag. 193.) sc. quo minus plura admittat, *quin video ipsam; tu cera mox ipsa loqueris.* Malim cum Barnes et Schneider faciliorem eligere explicationem, et το ἀπεχει interpretari, *satis* est, quam interpretationem ipsa orationis series desiderare videtur. *Zeune* Stephanum ἀπεχε conjicientem et μισθον supplentem sequitur. Hes. ἀπεχει· ἀποχρη. ἐξαρκει. (*Degen.*) 'Απεχει, *plura impediunt, satis est, sufficit.* Ita plane Evang. Marc. 14, 41. *Jam sufficit, tempus adest.* Harlesius κηρος supplendum putavit ut sit sensus:—*cera impedit, quominus plura admittat,* quæ quidem interpretatio toti loco repugnat. Alii aliter. (*Mœbius.*)

'Απλοω, *extendere* (de *argento*) i. e. malleo ducere et in laminam tenuare. 18, 5. Sic hoc voc. interpretatur D'Arnaud Animadd. pag. 12. Sed bene jam monet Heyne (Antiquar. Aufsätze Part. II. pag. 134.) ἁπλουν h. l. poëtice dictum, et ἁπλ. ἀργ. ποιει positum esse pro ἐν ἀργυρῳ ἠπλωμενῳ ποιει μοι. (*Degen.*) Aliter Mœbius, cui hoc necessarium non videtur, quum per se intelligatur, poëtam voluisse, ut in argentea lamina societas compotantium cælando exprimatur. (2°) De *animo.* 'Απλουν νοον proprie *laxare,* explicare animum. 39, 22. docte et exquisite, pro *hilarem, lætum fieri;* tristis enim animus constrictus et implicitus quasi tenetur. Frequens idea poëtica. Ovid. Amm. Lib. I. *aperit* (vinum) *animos.*

'Αποβλαπτω, *nocere, damnum adferre.* 43, 9. ubi part. ἀπο ad particip. βλαπτων, μηδενος ad γεωργων referri, apud τι autem κατα intelligi et reddi debet, *quæ nemini quidquam damni adfers, neminem lædens ulla in re.*—Ceterum, ut sæpius, verb. compos. h. l. pro simpl. positum est.

'Αποθλιβω, *exprimere.* 3, 22. de exprimenda Amoris coma imbre madida; plane ut Ovid. Art. Am. lib. 3, 324. *madidas expressi imbre comas.*

'Αποθνησκω, *morior.* 40, 9.

'Απολλυμαι, *pereo.* 46, 8. ἀπολοιτο, *sacer esto!*

'Αποῤῥιπτομαι, propr. *ejici,* i. e. *evolare, fugere.* 39, 5.

'Αποσβεννυομαι, *exstingui,* i. e. *mori.* 7, 8. Tim. ἀπεσβη, τεθνηκεν, ubi vid. Ruhnk.

'Αποτυγχανω, propr., ut ἁμαρτω, ἁμαρταω, ἁμαρτανω, *a scopo aberrare, scopum non attingere.* Sic sæpius apud Hom. occurrit, v. g. Il. ν. 287; hinc ἀποτ. φιλουντα, *amantem aberrare, repulsam ferre, invenustum esse.* 46, 4.

'Αποφερω, *aufero.* 39, 26. *Hoc lucrum, quasi ut præmium, auferam; fruor hoc bono.*

'Αρα ab initio orationis interrogantis στοχαστικως accipiendum, ubi assensum cum admiratione significat, *utique, quæso, obsecro.* 51, 1. 2. 5.

'Αρασσω, *tundere, pulsare.* 3, 8. Hesych. ἀραττων· κρουων.

'Αργαλεος, η, ον, *molestus, difficilis, horribilis.* De descensu ad Inferos. 56, 10.

'Αργυριον, ου, το. 51, 23. non reddendum erit *argentum,* sed *undæ argenteæ;* quia in disco argenteo mare affabre fictum et in hoc Venus natans cælata fuit.

'Αρης, εος, ὁ. *Mars,* Deus belli. 29, 14. 45, 8. Voc. Lat. *Mars,* præ-

missa nempe, ut sæpius, littera *M.* inde ductum esse, probare contendit *Ev. Scheidius* ad Lennep. Etym. Gr. L. p. 159.

'Αρκεω, *auxiliari.* 53, 24. est voc. medicum. Hesych. ἀρκει·—βοηθει.

'Αρκτος, ου, ὁ. *ursa major* s. Cynosura, sidus fulgentissimum media nocte ad occasum se vertens. 3, 1. Suid. ἀρκτος· ἀεικινητον ἀστροθετημα. et Hesych. ζωδιον ἐν οὐρανῳ.

'Αρμα, το, *currus.* 4, 7. Egregia comparatio brevitatis vitæ!

'Αρμοζω, *aptare*, et deinde *ornare;* i. q. od. 5, 15. πυκαζειν. 5, 4. Sic Pind. Isthm. 7, 54. χαιτας στεφανοις ἁρμοζειν. Hesych. ἁρμοζουσα·—κοσμουσα. od. 6, 2. verb. compos. συναρμ. pro simpl. ἁρμοζ.

'Αρσην, antiquius quam ἀῤῥην, *mas, vir.* 59, 5. De iis qui uvas calcant.

'Αρτι, *nunc.* 9, 9. De hac vocula veteres Grammatt. copiose agunt. Mœris: ἀρτι οἱ μεν 'Αττικοι το προ ὀλιγου· οἱ δε 'Ελληνες και περι του νυν λεγουσιν. Eam vero etiam pro νυν ab Atticis adhiberi, testatur Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 1148. et tum soli præsenti jungitur. conf. de h. v. Ammon. p. 23. seq. ibique Valck.

'Αρτος, ὁ, *panis.* 9, 25.

'Αρχα et η, *initium.* 51, 8. *originis Deorum*, i. e. parens.

'Αρχομαι, *incipio.* λιγειας ἀρχεται Μουσας: *cor meum incipit*, i. e. *ego incipio dulce carmen.* Genitivus. λιγ. Μουσ. pendet a verbo ἀρχεται. Conf. Homer. Odyss. 6, 101.

'Ασεληνος, ου, ὁ, ἡ. *illunis*, i. e. *obscurus.* 3, 12.

'Ασκος, ου, ὁ. *uter:* præmium vincentis potoris. 38, 4. Alludit h. l. poëta ad diem secundum 'Ανθεστηριων, cui nomen χοες, et quo Athenis per præconem indicebatur certamen bibendi, ut is, qui stans in utre victor fuisset, loco præmii coronam utremque vini plenum acciperet. Vid. Aristoph. Acharnn. v. 1000. ibique Schol. Potter's Archæol. Græc. Tom. I. Æl. Var. H. 2, 41. et ibi Periz.

'Ασπις, ιδος, ἡ. *clypeus.* 2, 10.

'Αστηρ, ερος, ὁ, *stella.* 17, 11.

'Αστονος, ου, ὁ, ἡ. propr. *suspiriorum* i. e. *curarum expers, hilaris.* 50, 6. bene de vino, quod tristes et mœrore confectos animos explicat hilaresque reddit. Tu *spem* reducis mentibus anxiis *viresque.* Horat. 3, 21, 17. Hesych. ἀστονον, ἀμπον, quod mendum Alberti bene tollit, mutans ἀμπον in ἀλυπον. Ex ΑΛΥΠΟΝ enim librarius facile potuit fingere ΑΜΠΟΝ. (*Degen.*)

'Αστρον, ου, το. *sidus.* 17, 8. est h. l. *genus*, quod tum, poëtarum more, per *partes* explicatur.

'Ασχαλλω, *indignari, vehementer commoveri.* 14, 13. bene de Cupidine, qui omnem sagittarum apparatum consumserat.—Hesych. ἠσχαλλον· ἐλυπουντο, et ἀσχαλλει· ὀχλουται, λυπειται, ἀθυμει, ἀδημονει, ἀγανακτει. Vid. quoque Suid. Tom. I. p. 364. ed. Küst.

'Ατακτα, Attice pro ἀτακτως, 29, 7. *incomposite, sine ordine.* 52, 24. ἀτακτα παιζει——Bacchus inebrians petulanter ludit cum juvenibus, i. e. ad lasciviam et petulantiam fert juvenes, s. eos petulantes atque protervos esse jubet.

'Αταρβης, εος, ὁ, ἡ. *impavidus, audax.* 50, 2. Hesych. ἀταρβητον· ἀφοβον, θρασυν.

'Αταρπος, ου, ἡ. pro ἀτραπος, *semita, ubi aberrari* (ab α et τρεπω) *non potest*, oppos. *viæ publicæ.* 53, 12. ἀκανθιναι ἀτ. sunt viæ spinis, ubi rosæ proveniunt, obsitæ.

'Ατειρης, εος, ὁ, ἡ. *firmus, invictus.* 50, 1. Hesych. ἀτειρης· ὁ στερεος.

'Ατρειδαι 1, 1. positum pro *bello Trojano*, (erant enim Menelaus et

Agamemnon, filii Atrei, duces exercitus Achæorum contra Trojanos profecti) tum poëtice omnino pro *carmine epico*, s. sublimi.

Ἄττις, ιος, ιδος, ὁ. *Attis.* 13, 2. De origine, munere fatisque formosi hujus juvenis alii aliter sentiunt. Propter amorem Cybeles, cujus fuerit sacerdos, furore percitus montibus inerrasse fertur. Fabulam ipsam, quæ, si qua alia, scriptorum varietate implicita est, plene narrat *Bergsträsser* in Wörterb. sub *Attis.* Imaginem ejus *Beger* in Thes. Brand. Tom. 3. pag. 312. et alii mythologiæ explanatores dederunt. Conf. quoque *Suid.* sub v. Ἄττις. Catull. carm. 62. ibique Vulpius et Vossius, quo judice, Attis Catullianus non est ille Cybeles amasius, sed juvenis quidam Græcus ad Phrygiam advectus. Ovid. Metam. lib. 10, 86. sqq. Fastor. 4, 223. et Gesner Thes. L. L. sub *Aty* pag. 523.

Αὖ, 16, 2. *vero.* Post μεν sæpius eleganter poni solet pro δε, ad diversitatem membrorum orationis indicandam. Cf. Hoogev. de part. ed. Sch. sec. p. 84. (*Degen.*) Hæc particula non posita est hic (16, 2.) pro δε, ut Degen animadvertit, quia δε eam præcedit. Verte: *Tu canis bellum Thebanum, alius vero canit pugnam Trojanam, sed ego.* (*Mœbius.*)

Αὖλαξ, ακος, ἡ. proprie *sulcus.* Hesych. αὖλαξ· το σχισμα το ἀροτρου, et Suid. ἡ ἐπιμηκης τομη της γης ἐξ ἀροτρου. 51, 20. eleganter et apposite sic dicitur lacuna, quam natantis Veneris corpus in undis efficit; μεσ. αὖ. scil. κατα. Ita ut hic locus videatur ita elatus pro ἐν μεσῳ αὖλακος. Egregia et vivida est comparatio pulchri Veneris corporis cum lilio violis inserto et complicato.

Αὔτη, ης, ἡ. 16, 2. in genere *clamorem vehementiorem* significare videtur. Hesych. ἀὔτην· κρανγην, φωνην, βοην; deinde, quoniam ad injiciendum hostibus terrorem maxime populi priscæ ætatis ingenti boatu et clamore conserere manus solebant, notat *clamorem pugnæ* commissæ, quo sensu etiam βοη apud Homerum occurrit; tum *pugnam* ipsam indicat; iterum Hesych. ἀὔτη· ἐπι μεν της φωνης, ἐπι δε της μαχης. Hic significatus occurrit 45, 8. ἐκ ἀὔτης sc. ἐλθων, quod Græci post præposs. ἐκ, παρα, ἀπο etc. sæpe omittere solent. Conf. Schneider Anmerkk. pag. 203. et Fischer ad Theophr. charr. 16, 1. Denique poëtice *bellum ipsum*, et sic od. 16, 2. accipi debet.

Αὐτος, η, ο. 9, 27. adhibent h. v. in primis cultiores Attici pro *domino:* vid. omnino Casaub. ad Theophr. Charactt. 2. p. 34. ed. Fischer; et Harles Anthol. Græc. pag. 13. Pari modo Latini suum *ipse* adhibent: vid. Ovid. Trist. 1, 7, 37. ibique Harl. et Wernsd. ad Poët. Lat. min. Vol. 3. pag. 466. *Ipse* 43, 13. Notum quoque est illud Pythagoreorum αὐτος ἐφα. (*Degen.*) Fuerunt, qui censerent αὐτου hoc loco (9, 27.) adhibitum esse more Atticorum pro Domino, quod putare hic necesse non est, quum Ἀνακρεοντος adjectum sit, et elatum videatur eodem sensu ut αὐτος φοιβος 43, 13. (*Mœbius.*)

Αὐχην, *cervix:* 4, 5.

Ἀφαντος, *remotus ab aspectu, absens:* 33, 4.

Ἀφελης, εος, ὁ, ἡ. propr. *sine asperitate.* 29, 36. i. q. ἀτριχος, ut bene exposuit Brunck in Anall. ad h. l. *nondum munitus, tectusve capillis.*

Ἀφελως, *clare, pure.* 37, 7. Hesych. ἀφελης· ἀσινης, καθαρος.

Ἀφες ab ἀφιημι, *sinere, permittere.* 31, 1. ἀφες με, *sine me.* 9, 19. *dimittere.*

Ἀφρος, ὁ, *spuma: e spuma mare progenuit Venerem.* 53, 32.

Ἀχαϊα, ας. *Achaia*, mulierculorum venustate et elegantia nobilis, pars Peloponnesi, occidentem versus, ubi hodie *Patrasso*, 32, 12. Conf. quoque Herodot. 3, 134. et Hom. Il. γ, 258. Ἀχαϊδα καλλιγυναικα.

Ἀχιλλευς, εως. 14, 9. *Achilles*, princeps Achivorum heros, fortissimus, animosus ac terroris expers bellator, quocum facete se comparat poëta, quasi vinci a Cupidine non possit. Admirabilem ac splendidam armati Achillis descriptionem, ad quam poëta respexisse mihi quidem videtur, dedit Hom. Il. τ, 368-399. In Winkelm. *Monum. ined.* Vol. I. Tab. 132. exstat schema armatum Achillem referens. Caput Achillis egregie depictum et mores herois optime declarans vid. in opere splendido: *Homer nach Antiken* gez. von Tischbein, *mit Erlæutt.* von Heyne. Gött. 1801. Fol. Part. I. p. 35.

Ἀχος, εος, το. *mœror, dolor.* 41, 13. Hesych. ἀχος· λυπη.

Ἀωρως, ου, ὁ, ἡ. propr. *intempestivus* (ὡρα) Hesych. ἀωρον—ἀκαιρον. 52, 19. subintell. κατα adverbii loco positum est. Cf. quoque Born et Fischer ad h. l.

B.

Βαθυκολπος, ου, ὁ, ἡ. proprie *profundum sinum habens.* 5, 14. de venusta puella. Occurrit h. v. Hom. Hymn. in Ven. v. 258. Il. σ, 339. Hesych. βαθυκολπων· ἡρωϊδων, ἀπο μεγεθους, και βαθυζωνων. Βαθυ in compositis *multum, valde* notat. Vid. Spanh. ad Call. Hymn. in Apoll. v. 65. et Hymn. in Cer. v. 114. et *Köler* ad Sim. Carm. pag. 71.

Βαθυνω, *excavare.* 17, 6.

Βακτριοι, *Bactri*, populus regionis Asiæ, quæ a meridie monte Paropamiso, a septemtrione vero flumine *Oxo* terminatur, ubi nunc aut *Tartari Usbecs*, aut, ut aliis placet, *Chorasan.* 32, 26. vid. quoque *Kapp* ind. ad Pomp. Mel.

Βαλλω, (form. cognatæ βαλω, βαλεω, βλεω, βλημι etc.) *eminus vulnerare*, e. gr. sagitta, jaculo, uti Homerus illud verbum ubivis adhibere solet, oppos. οὐταν vel οὐταζειν, quod est *cominus vulnerare*, hasta aut gladio percutere. (1°) *Jaculari.* 14, 12. 16, 7. eleganter de exercitu, qui de oculis poëtam vulnerat, verbum in hac re proprium. 40, 16. de Amore sagittis vulnerante. (2°) *Addere, adjicere.* 29, 21. ibi ordinem verborum hunc esse puto, ποιησον, ὡς ἀν δυν. βαλειν, ἐρυθημα αἰδους, quantum addere potes, adjicias genæ pudoris ruborem. (3°) βαλλειν (sc. ἡμας) *muniri, corpus mihi armis tegere.* 14, 19. Omnino h. l., quod etiam contextus requirit, et Canterus atque Barnes bene observant, βαλλειν positum pro περιβαλλειν. Verba enim simplicia maxime apud poëtas sæpissime vim compositorum habere, vel tirones non ignorant, et viri docti abunde docuerunt. Conf. quoque Zeune animadd. ad h. l. pag. 29.

Βαπτιζω, *mergere, immergere.* 59, 4.

Βαπτω, *tingere, imbuere.* 45, 5.

Βαρβιτος, ου, ὁ, ἡ. 1, 3. proprie *lyra major, septem chordarum*, sono gravi, h. l. omnino pro *lyra*, ut ex vers. 6 et 11 patet, et Dacieria ejusque pater bene jam docuerunt. Poëtas lyra significare poësin lyricam, res nota.

Βαρυς, εια, υ. 45, 11. τοδ', sc. βελος, ἐστιν βαρυ, consentiente et postulante contextu, reddendum

cum Stroth, *graviter vulnerat hæc sagitta.*

Βασιλευς, εως, ὁ. *rex.* 43, 4. Cicada, non ob sedem altiorem, ut quidam volunt, et novissime Bothe defendit pag. 343., sed ob vocis cantusque præstantiam sic vocatur. Köppen ad felicitatem et quasi potentiam cicadæ in summa arbore sedentis voc. βασιλευς refert. vid. ejus gr. Blumenl. P. III. p. 140. (*Degen.*) Non audiendus est Ramlerus, qui cicadam ob vocis præstantiam ita appellatam judicat, cui opinioni totus hic locus repugnare videtur. (*Mœbius.*)

Βελεμνον, ου, το. *sagitta.* 42, 12. 14, 5. vid. quoque εἰς. Hes. βελεμνα· βελη.

Βιαομαι, proprie *vim inferre.* 53, 26. vim inferre tempori; i. e. tempore confici non posse.

Βιοτος, ου, ὁ. *vita.* 4, 8. Hesych. βιοτου· βιου. Βιος nempe est a βιω, unde Lat. *vivo,* (βιϝω) et βιοτος a βιοω, unde utrumque vocab. eundem habet significatum. Cf. quoque Schneid. lex. Gr. crit. s. v. βιοτος.

Βλαβομαι, *perdi. noxa affici.* 3, 26. de nervo arcus. Hesych. βλαβεται· βλαπτεται.

Βλεμμα, τος, το. *aspectus.* 28, 18.

Βλεπω, *video: respicio, curo.* 46, 7. *Vultum habeo.* 61, 2. *obliquis, limis oculis spectans,* quod est hoc loco signum puellæ meticulosæ et pavidæ, quæ amorem adhuc fugit.

Βλεφαρον, ου, το. proprie *palpebra.* Sed 28, 17. βλεφαρα audacter usurpavit auctor pro ὀφρυς. Noluit enim dicere ἱτυν ὀφρυων συνοφρυν. (*Degen.*) *Forma orbicularis palpebrarum nigra sit,* id est, cilia nigra habeat. Neque audiendus est Degen, utpote putans βλεφ. usurpatum pro ὀφρυς. Sed vide voc. συνοφρυν. (*Mœbius.*)

Βοαω, *clamitare, clamore requirere.* Est Lat. *boare.* 13, 3. de Attide furente per montes oberrante, *ubi,* ut canit Catullus, *Cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant.* Egregie hoc voc. παθος et sonum vocis furentis exprimit. (2°) *Alta voce canere,* ut faciunt ebrii. 48, 8.

Βοη, ἡ, *clamor, pipitus amorum pullorum,* qui os aperiunt, cibi appetendi causa. 33, 11.

Βοεια, ας, (Ion. η, ης.) ἡ. 14, 10. proprie δορα βοεια i. e. *pellis bubula,* (est enim βοεια propr. femin. a βοειος) quo signif. sæpius apud Homerum occurrit. Il. ρ. 389. σ, 382. βοος μεγαλοιο βοειην; deinde notat *scutum,* quia scuta ex pellibus olim conficiebantur. Hinc Hesych. βοειη· βυρσα, ἀσπις. Ibid. v. 18. idem quod πανοπλια. Hoc vocabulum βοειη hic de tota armatura, hasta et lorica, dictum putant quidam interpretes, quod quidem necessarium non est, quum βαλεσθαι doceat, hic solummodo esse sermonem de clypeo, quocum maxime corpus tuetur poëta.

Βοσκομαι, *pascor.* 61, 9. *pasceris per prata irrigua.*

Βοτρυς, υος, ὁ. *racemus.* 50, 10. 52, 1. 17, 13. ἀμπ. και βοτρ. docte pro ἀμπελους βοτρυφορους. (*Degen.*) Aliter sentit Mœbius.

Βουλη· βουλαι πολυφροντιδες. 39, 6. *sollicitudines.* Proprie, *consilium, cogitatio.*

Βοωτης, ου, ὁ. 3, 3. *Bootes,* sidus prope ursum. Appellatur quoque *Arctophylax,* quia veluti temone adjunctam præ se quatit Arctum, et quasi insequi videtur. Ovid. Trist. 1, 4, 1. custos Erymanthidos vocatur, ubi vid. Harles.

Βρεμω, v. Καταβρεμω.

Βρεφος, εος, το. proprie *fœtus recens editus* (a βρυω, βρεω, βρεπω vel βρεφω, cf. Lennep Etym. p. 200.) Deinde *infans.* 3, 11. Apte Eros,

ob formæ exiguitatem, sic appellatur a poetis, ut Mosch. 1, 11. δολιον βρεφος: et Virgilius Eclog. 8, 50. *improbus ille puer.*

Βρεχομαι, *madefieri.* 3, 12. ubi præs. positum est pro præterito. Βραχεισα madefacta ibid. 26. de nervo arcus imbre madido. (*Degen.*) Hic præsens non positum occurrit pro præterito, sed πεπλανημαι induit vim præt. medii, *erro*, ut recte monuit Fischerus. 3, 12. (*Mœbius.*)

Βρομιος, ου, ὁ. *Bromius.* 21, 2. Bacchi epitheton, docte h. l. pro *vino.*

Βροτος, ου, ὁ. proprie *edens*, i. e. *mortalis, homo;* quia tantum cibo sumendo vivere potest. Hinc e. gr. Hom. Od. ε, 197. Ἐσθειν και πινειν, (sc. παρετιθει νυμφη,) οἷα βροτοι ἀνδρες ἐδουσιν, et Il. ν, 322. ὃς θνητος τ' εἴη, και ἐδοι Δημητερος ἄκτην. 24, 1. 39, 7. 50, 5. 58, 5. Atque utriusque linguæ scriptores *mortalem* pro *hominem* ponere, vel tironibus notum est. Hesych. βροτος· φθαρτος, ἡ γηγενης ἀνθρωπος. Cf. plura sub ἀμβροτος.

Βρυον, ον, το. *alga.* 51, 13. Thom. Magist. pag. 883. λεγονται δε φακοι, και τα ἐπι των τελματων χλοιωδη, ἃ κοινως λεγονται, βρυα. Hesych. φακος· βρυον το ἐν λιμνῃ, et φυκια θαλαττια βρυα. Suid. φυκος· το χωρτοδες της θαλασσης.

Βρυω. 37, 2. notat h. l. *fundere, spargere.* Hesych. βρυει· ῥεει, πηγαζει, ἀναβλυζει, πηδᾳ, ἀνιησιν, αὐξεται. De Gratiis, in honorem quasi veris, rosas spargentibus. Suavissima et mollissima fictio studium dearum decentium optime significans. Omnino observent studiosi, frequentem esse poëtis ideam: Venerem ejusque comites Gratias modo veri flores afferre, modo ad coronas aut catenas nectendas flores sibi decerpere, quo omnino amœnitates venustatesve veris, dei pulcherrimi, significentur. Et alii poëtæ in veris descriptione ideam Anacreontis diverso quidem modo expresserunt. Compar. Ovid. Trist. 3, 12. 5. qui infert pueros et puellas violas legentes. Lucret. 1, 7. dædala tellus adventante Venere, i. e. vere flores submittit, Pervig. Vener. ex interpr. *Bürger* pag. 12. de Venere. Virgil. Eclog. 9, 45. *tibi lilia plenis ecce ferent Nymphæ calathis.* Conf. Vossium.

Γ.

Γαδειρα, *Gades*, insula et urbs Hispaniæ Bæticæ in Oceano ad ostium Bætis fluvii, hod. *Cadiz.* 32, 25. Puellas hujus urbis lasciviæ et venustatis nomine olim insignes in primis Romani amarunt. Vid. Barnes ad h. l. Martial. 6, 71. et Plin. Epist. lib. 1, 15. ad q. l. vid. *Schæfer.* in interpret. Theod. Erlang. 1801. 8. Vol. I. p. 44.

Γαλα, ακτος, το, [ab antiquo γαλαξ,] *lac.* 28, 29. *pinge mihi genas candidas, roseo rubore suffusas.*

Γαληνη, ης, ἡ. (haud dubie idem quod γελανη, a γελα, γελαω, *nitor, splendor*) (1°) 37, 4. 51, 14. 22. propria h. vocab. significatio occurrit, *maris nitor* s. *tranquillitas*, comp. Hom. Od. κ, 94. λευκη γαληνη: et conf. *Lennep* ad Coluth. pag. 108. et ad Phalarid. Epp. pag. 308. (2°) *serenitas, aspectus.* 29, 13. (3°) *serenitas* i. e. *felicitas vitæ.* 39, 15.

Γαμος, ου, ὁ. 52, 20. *nuptiæ:* verecunde de coitu illicito et clandestino. Pari modo et Latini το *nubere* et *nuptiæ* sæpius adhibere solent, quod multis exemplis probat *Spanh.* ad Call. Hymn. in Del. v. 240. Germani quoque vocab. *Hochzeit* eodem significatu usur-

pant. Cf. et sub Θελγω. (*Degen.*) Hoc loco nihil est somniandum de significatu amoris illiciti, quod προδοτιν γενεσθαι abunde docet. *Vinum efficit, ut, etiam ante nuptias, virgo usum veneris concedat.* (*Mœbius.*)

Γανοω, (a γανος, *nitor, splendor*) propr. *nitidum, splendidum,* i. e. *lætum, hilarem reddere.* 39, 11. Hesych. γανος· χαρμα.

Γαννυσθαι, a γαννυμι, idem quod γανοω, prop. *nitidum, splendidum,* i. e. *hilarem esse, gaudere: vino exhilaratus.* 8, 3. Hoc verbum in genere adhiberi de voluptate animi ex suavi sensuum externorum affectione profecta bene jam docet Zeune animadvv. pag. 15. Sic quoque Latinorum *gaudere* et *gaudium* occurrit: e. gr. Horat. 4, 11, 14. Hesych. γαννμενος· χαιρων et γανυται· χαιρει, εὐφραινεται. Thom. Mag. p. 178. γανυμαι, το ἡδονης και χαριτος πληρουμαι. Ceterum cur h. l. υ producatur docet Clark. ad Hom. Il. α, 51. γ, 267.

Γαρ. 7, 11. reddit h. l. rationem sententiæ eleganter prætermissæ, ut sæpius apud scriptores Græcos, cujus rei exempla dedit Zeune ad Vig. pag. 461. ed. Herm. et in Animadverss. p. 14. Vid. quoque Hoog. de Partt. p. 97. sq. ed. Sch. sec. et quos laudavit Schneider in Anmerkk. p. 307. Nostro loco itaque subintell. *desine amare, desiste a conatu amandi,* tu enim etc. (*Degen.*) Secundum Mœbium, sensus est—*Desine, igitur, amare, quum non possis perferre amoris ærumnas. Inservit observationi, qua ad quæstionem quandam respondetur.* Οὐ γαρ. 33, 18. *non sane, minime vero,* ita, ut asseverationem contineat, qua ad quæstionem quandam responderi solet. *Namque non valeo amores exigere.* Vid. *Kypke* Obss. sacr. Tom. II. p. 80.

Γαργαλιζω, *titillare.* 59, 7. suaviter et apte de Amore in artubus poëtæ latente, eumque alis suis titillante. Forma cognata est γαγγαλιζειν, de cujus origine copiosus est Schneider in Lex. Gr. crit. maj.

Γε, *quidem, certe, tantum.*

Γελαω, *rideo.* 24, 8. 51, 26.

Γεμω, *plenum esse.* 29, 24. χειλ. ἀπ. γεμον τε Πειθους, est *labium molle, quod ad oscula suaviter invitat.* (*Degen.*) *Labia ita pinge, ut, dum quiescunt et tacent, loqui et ad oscula invitare videantur,* ut docet Fischer. et 28, 24. (*Mœbius.*)

Γενειον, ου, το. *mentum.* 28, 26.

Γενος, εος, το. *nobilitas, generis claritudo.* 46, 5.

Γερανος, ου, ἡ. *grus.* 37, 6. Grues tempore arationis autumnali in Græciam migrasse, eandemque sub veris adventum reliquisse, docent Hesiod. (Ἐργ. 448.) et Ælian. H. AA. III. 13. (*Mœbius.*)

Γερων, οντος, ὁ, *senex.* 11, 2. 33, 1. 11. 47, 1.

Γεωργος, ὁ, *agricola.* 40, 12. 43, 8.

Γη, *humus.* 4, 12. *tumulus.* Homero γη χυτη, (Od. γ, 258. Il. ζ, 464.) cui libamina mortuorum, s. inferiæ, infundebantur.

Γηγενης, εος, ὁ, ἡ. *terræ filius.* 43, 16. de cicada, quoniam cicadæ ovula in terram condunt, et vermiculi, e quibus novæ cicadæ nascuntur, ibi fere per annum latere solent. Conf. *Köppen* in Anth. Vol. 3. p. 141. et *Ramler* ad h. l. At poëta historiam naturæ cicadæ non curat, sed illam vere e terra nascentem fingit, sicut Deos, qui apud Hesiod. γηγενεις audiunt. Hinc Athenienses, qui αὐτοχθονες appellabantur, aureas cicadas crinibus suis in-

texere solebant, quo e terra se ortos esse significarent. Vid. Suid. sub v. τεττιγοφοροι: Hesych. γηγενης· ὁ ἐκ της γης την γενεσιν ἐσχηκως; ibique *Alberti.*

Γηραλεος, α, ον, in genere *senilis, senio confectus;* sed 56, 4. apte de luridis senis dentibus, *ater, cariosus.* Hes. γηραλεον· μελαν. (*Degen.*) Non de luridis et cariosis, sed candore destitutis dentibus; nam albi et candidi dentes erant in pretio. (*Mœbius.*)

Γηρας, το, *senectus.* 43, 15. 53, 27.

Γιγνομαι, *nascor, fio.* 20, 7. 33, 11.—*Mihi detur, liceat.* 23, 12. 53, 40.

Γινωσκω, *cognosco.* 24, 3. ἐγνων a γνωμι *novi.*

Γλανκος, η, ον. propr. *splendidus, lucidus,* a γλαυσσω: deinde *cæsius.* 28, 20. perpetuum epitheton oculorum Minervæ, maxime ab Homero ipsi datum, qui igitur fundus est, ex. gr. Il. α, 206. ubi conf. *Clark,* et *Heyne.* Auctore Plinio, oculi glauci sunt iidem qui et *cæsii,* quales sunt felis, leonis, et noctuæ oculi. (Hist. Nat. lib. 8, c. 21.)

Γλυκυς, εια, υ, et γλυκερος, α, ον, *suavis.*

Γλωσσα, ἡ, idem quod γλωττη, *lingua.* 12, 16. 42, 11. *Lingua calumniatrix.*

Γνωριζειν, *agnoscere, dignoscere.* 55, 4. notetur hic vis aoristi, *cognoscere solet.* Aoristis enim adjuncta est vis consuetudinis alicujus. Conf. in primis Hermann. ad Viger. p. 734.

Γονος, ου, ὁ. proprie *suboles, progenies.* 59, 7. de vino; ut *fœtus* Latinorum etiam de arborum fructibus. Eurip. Alcest. 757. appellat vinum μεθυ μελαινης μητρος, quod Schol. exponit της ἀμπελον. Hesych. γονος—γεννημα.

Γοος, ου, ὁ. γοους προπεμπειν *lamenta mittere* eleganter pro *lamentari.* 23, 9. verb. compos. pro simpl. ut sæpius. Hesych. γοον· θρηνον.

Γοργος, η, ον. *torvus, gravis.* 29, 12. egregie de grata et serena oculorum gravitate, quæ juveni amato maxime convenit, et quam præ aliis veteres artifices in operibus suis egregie exprimere sciebant. (*Degen.*) *Oculus sit serena gravitate plenus.* Quod juveni pulchro convenit, quia hoc modo fiduciam sui et vigorem hilaritati junctum exprimit, quæ res signum pulchritudinis juvenilis habetur (*Mœbius.*) Hesych. γοργος· σκληρος: ubi v. Alberti. Aliter sentit D'Arnaud Animadverss. p. 24.

Γουνουμαι, *supplicari.* 60, 1. Hes. γουνεομαι· ἱκετευομαι.

Γραφω· princeps et antiquissima h. v. significatio est *lineam ducere, radere,* seu *distringere superficiem alicujus rei.* Hinc Homer. h. v. adhibet de vulneribus, quæ e. gr. hasta superiorem cutem distringente fiebant. Il. ρ, 599. Deinde *scribere;* quia, prisca ætate, maxime radendo et scalpendo scribere solebant. 28, 2. est *pingere.* Vid. de h. voc. in primis Valckenaer ad Theocr. Adoniaz. p. 373. Sed vid. Voss. ad Virgil. Eclog. 5, 14.

Γυγης, ου. 15, 1. *Gyges,* rex Lydiæ opulentissimus. Τα Γυγ. sc. χρηματα, sunt *opes, divitiæ Gygis.* Tibull. 4, 1, 198.

Γυμνος, η, ον, *nudus:* 51, 9. *omni vestimento destitutus,* ut docet vers. 10.

Γυνη, αικος, ἡ. (ab antiq. γυναιξ) *femina; muliercula.* 2, 8. 11, 1. et sæpius. Significat h. v. et *nuptam* et *innuptam* mulierem. Vid. quoque 32, 13. 35, 4. et 62, 11.

idem quod κορη et νεανις. Γυναι *o mea*, est compellatio amantis. 20, 11.

Δ.

Δαημι, id. quod δαω, δαιω, *disco, scio:* δεδαηκως, *qui novit, potest.* 54, 12. 13. Vide δαιω.

Δαϊκτης, ου. *infestus, hostilis.* 42, 10.

Δαις, τος, ἡ. *convivium.* 42, 14. δαιτες πολυκωμοι, convivia lauta. (*Degen.*) Convivantes antiquissimo tempore separatim escas comedebant, ita, ut quisque suam sibi appositam partem haberet, ut docet Athenæus I, 15. p. 32. edit. Schweigh. (*Mœbius.*)

Δαιω, *discere, scire* i. e. *posse.* 54, 12. Hesych. δεδαηκας· ἐμαθες, ἐγνως, Hom. Od. θ, 134. conjungit οἶδε et δεδαηκε.

Δακεθυμος, ου, ὁ, ἡ. proprie *animum mordens.* 8, 9. δακεθυμα sc. ῥηματα λεγειν, *dictis mordere.* Sic Hom. Od. θ, 185. θυμοδακης μυθος ubi v. Clark. Hesych. δακεθυμον· λυπουντα την ψυχην.

Δακτυλος, ὁ, *digitus.* 40, 4.

Δαμαζω, *domare, subigere.* 58, 5. Hesych. δαμα· δαμαζων, δαμαζει, ὑποτασσει. Forma cognata est δαμαω, (δαμω, δμαω, δμημι, δαμαω, δαμναω, δαμναζω) *supprimere, defatigare;* quia defatigati et fessi subacti quasi videntur. Eleganter et apposite de fessis labore, 3, 5. κεαται (Ion. pro κειναι) κοπῳ δαμεντα (quod est a δαμω) i. e. *quietem carpunt fessi.* Hinc nox a Colutho v. 309. vocatur πονων ἀμπαυμα. Hesych. δαμαζειν, ὑποτασσειν.

Δαφνηφορος, ου, ὁ, ἡ. *lauram gerens, lauro redimitus.* 13, 6. Frequens et præcipuum Apollinis epitheton, (δαφνιος Call. Hymn. in Apoll. 1. ubi vid. Spanh.) Docte et cum dilectu posuit poëta: est enim sermo de iis, qui vaticinia edituri furore quodam divino perciti erant. Atque Apollo nunquam nisi e coronis factis ex lauro oracula dedisse fertur, (Aristoph. Plut. v. 39. Τν δηθ' ὁ Φοιβος ἑλακεν ἐκ των στεμματων; ubi vid. Bergler, Fischer. et Duker. Virg. Æn. 3, 360. ibique Cerda.) Unde etiam in operibus antiquis semper lauro cinctus occurrere solet.

Δε (1°) pro και 1, 2. subintellecto præcedente μεν. (2°) Ἐμφατικως ponitur pro δη, *vero, utique.* 3, 30. 47, 3. ὁταν δε. (3°) In interrogationibus obtinet, ut δη, vim adhortandi, et redditur *quæso, tandem.* 9, 6. τι σοι μελει δε; quid *quæso* negotii tibi mandatum?

Δεδαηκοτος, vid. δαιω.

Δει, *opus est, convenit, juvat,* cum infinitivo. 4, 11. ubi quibusdam supervacuum videtur, cui vero sententiæ subscribere non possum. Is sensum poëtæ expressurus videtur, qui ibi δει interpretabitur *decet,* aut, quod melius putem, *juvat;* Hesych. δει — πρεπει. (*Degen.*)

Δειδομαι, *timeo.* 56, 8.

Δεικνυω, *ostendo: propero.* 53, 34. Ἀθηνην (ἐκ) κορυφης ἐδεικνυε Ζευς, *ostendit* i. e. protulit *Minervam e capite Jupiter.*

Δειλως, *timide, triste.*

Δεινος, η, ον: quidquid vulgarem vel facultatem vel magnitudinem superat, omnino δεινον dicitur; hinc etiam *terribilis, horribilis, periculosus.* 31, 11. 56, 9.

Δειρη, ης, ἡ. *cervix:* ἁπαλη δειρη, *tenera, mollis, cervix.* 51, 18. Hesych. δειρη· τραχηλος, αὐχην.

Δελφιν, ινος, ὁ, *Delphin.* 51, 24. Quod animal in comitatu Veneris marinæ occurrit, et nescio qua dulcedine lætum inter natandum exultat. Ceterum Delphines antiquitus laudabantur ob eximiam cor-

poris alacritatem, cantusque audiendi amorem. Vide Voss. ad Virgil. Georg. p. 753. et Ecl. 8, 55. Conf. Pind. Pyth. 4, 29. Nem. 6, 109. ibique Schol.

Δεμας, το, *corpus*. 39, 18.

Δεμνιον, το, *stratum, lectus*. 62, 15.

Δενδρος, εος, το. *arbor*. 9, 23. δενδρεσιν scribere Atticos non δενδροις monet Thom. M. pag. 204. et Mœr. Attic. pag. 24. sed vid. ibi interprett. et *Koën* ad Gregor. de Dialect. pag. 24.

Δεξιος, α, ον, *dexter, scitus, peritus*.

Δεω, *ligare, vincire*. 4, 3. de tunica Cupidinis. 30, 2. de Musis Cupidinem coronis seu florum catenis vincientibus; med. 63, 15. *imposui mihi coronam capiti*.

Δη, *sane:* in interrogationibus *quæso, tandem*. 61, 1. vid. et δε.

Διακονεω, primitus videtur adhibitum de nuntio per pulverem currente: cf. Schneid. Lex. Gr. Crit. et tunc omnino *ministrare*. 4, 6. verbum proprium servorum, qui potum cibumque ministrant, ut Theophr. 11, 5. οἱ διακονουντες παιδες. vid. de hoc voc. *Wetstein* ad Matth. 4, 11. et Harles Anth. Gr. ad n. l. 9, 14. διακ. τοσαυτα, *tanta ego Anacreonti ministro*. Optime hoc gloriationem loquacis columbæ exprimit.

Διακοπτω, *discindo*. 28, 14. *supercilia ne nimium distent invicem*.

Διαφαινω, *perluceo*. 28, 31.

Διδασκω, *doceo*. 30, 9. *describo, verbis ostendo*. 29, 41.

Διδυμος, ον, ὁ, ἡ. *duplex, geminus*. 29, 31.

Δινη (v. Ληθαιος.) *vortex*.

Διολισθαινω, *elabi, effugere*. 44, 9. Suid. διολισθαινειν· ἐκφευγειν.

Διονυσιος, ου, ὁ. 5, 2. proprie cognomen Bacchi, sed hoc l. docte et audacter pro *pampinis*, quæ potores rosaceis coronis, quibus tempora cingebant, innectere solebant. De etymo voc. cf. Lennep Etym. l. Gr. p. 238. cf. etiam νηδυς.

Δισκος, ου, ὁ. 51. inscr. et v. 3. *Discus*, proprie sic dictus, i. orbis saxeus, vel æneus, quo corporis exercendi causa juvenes apud Græcos ad scopum versus jacere solebant, h. l. intelligi non potest. Usus enim talis disci brevi deleturus fuisset cœlaturæ artificium. *Brosse* animadvv. ad interpret. Theod. p. 358. intelligit de *gemma* disci formam exhibente. Sed gemmam poëta, secundum leges linguæ, dicere non poterat discum. Hinc potius intelligenda erit lamina argentea, in clypei speciem ducta, cum cœlatura Venerem marinam referente. Vid. Heyne Ant. Aufs. V. II. p. 134. Amasse enim Græcos opera cœlata, tam aurea quam argentea, (Reliefs, ἀναγλυφα) in vasibus, clypeis et omnis generis supellectili, studiosi discant vel ex Potterii Arch. Græc. Conf. Virg. Eclog. 3, 38. et Theocrit. Idyll. 1, 27. ibique interpretes.

Δισχιλιοι, ιαι, ια. *bis mille*. 32, 17.

Διωκω, *aversari, fugere*. 34, 5. ubi contrariam vim obtinet. Proprie enim est *movere*, ante se movere, pellere i. e. *persequi* (fugientem), quo sensu occurrit h. v. 43, 5. ubi per somnium Amor pedibus plumbo oneratis poëtam alatum fugientem persequitur et prehendit. Hesych. διωκειν· καταλαμβανειν φευγοντα. Ceterum verss. 3-5. suavissimi, molleque παθος spirantes, ingenium puellæ, venustates juventæ suæ sentientis, egregie exprimunt.

Δολερος, α, ον, *dolosus*.

Δονεομαι, *agitari, fugari, fugere*. 37, 8. exquisite et graphice de nigris umbrosisque nubibus, quæ vere

ineunte vento agitantur et quasi fugantur; terret quasi veris nitor nubes, easque fugat. Pertinet huc quoque illud Horatii: concidunt venti, *fugiuntque nubes*. Hesych. δονει· κινει, ταρασσει, σαλευει. 39, 11. δονειν, *circumagere, choreas ducere*.

Δουρα, τα, (a δορας, δουρας: i. q. Δορυ) *hastæ, ligna*. 14, 10. Hesych. δουρα· δορατα.

Δουλη, *serva*. 9, 20.

Δραχμη, ης, ἡ. *drachma*, nummus Atticus. 10, 13. δραχμης pro αντι μιας δραχ. pro *una drachma*. De diverso genere et valore drachmarum vid. Potterii Arch. Græc. et Fischer Ind. ad Theophr.

Δρομος, ὁ, *cursus: circus: curriculum*. 8, 5.

Δροσος, ου, ἡ. *ros*. 43, 3. Rorem esse cicadarum alimentum fuse probat Cerda ad Virg. Ecl. 5, 77. Conf. quoque Æl. H. A. 1, 20. et Meleagr. epigr. in Analectt. Brunckian. p. 46. Theocr. 4, 16. μη πρωκας σιτλεται, ὡσπερ ὁ τεττιξ.

Δροσοω. 53, 31. δεδροσωμενην Κυθ. h. l. ubi de ortu Veneris e mari sermo est, *Cytheram rore aspersam, madidam* interpretari placet. Sic pisces frænatos, quibus vehebantur deæ marinæ, Propert. 3, 1, 46. *equos rorantes* (ἱππους δεδροωμενους) appellat.

Δροσωδης, εος, ὁ, ἡ. proprie *tener instar roris;* rori enim tenera et mollia comparantur. Universe de quacunque re tenera mollique h. v. adhiberi doc. Casaub. ad Athen. l. 9. pag. 662. et Spanh. ad Aristoph. Nubb. v. 974. Exquisite de fronte molli et succi plena, quæ apud veteres venustatis laudem habebat. 29, 9. Conf. ibi Harles ad Anthol.

Δυναστης, ου, ὁ. *dominus, imperans*. 58, 4.

Δυνω, (δυω, δυμι, Lat. duo, induo) *ingredi, penetrare*. 14, 17. ubi proprie, cum δυειν et δυνειν accusativo solet adjungi, dicere debebat poëta vel μεσον καρδιης, vel μεσην καρδιην. Sed rariorem, indeque magis poëticam structuram elegit, de qua vid. Viger. p. 111. ed. Herm. Hesych. ἐδυ· εἰσηλθε. Auctoritate Schol. ad Hom. Il. γ, 36. ἐδυ μεταφορικως ἀπο των εἰς τους φωλεους καταδυνοντων ἑρπετων usurpatur. Conf. Alberti ad Hesych. Tom. I. p. 1087.

Δωριαζω, *dialecto Dorica* (quæ durior erat atque agrestior) *uti*, δωριστι λαλειν. 10, 6.

E.

Ἐαρ, *ver*. 5, 7. 37, 1. 53, 1.

Ἐγκαθοραω. 60, 6. propr. *in aliqua re aliquid videre*. Sed h. l. verb. compos. pro simpl. usurpatum est.

Ἐγκεραννυμι, *immiscere*. 38, 10. Solebant veteres vinum bibere aqua temperatum, ita ut vel cum duabus portionibus vini tres aquæ, aut plures miscerent, vel æquas partes vini et aquæ infunderent. Qui mos ex Athenæo 10, 7. constat.

Ἐγχος, εος, το. *hasta*. 2, 11.

Ἐθειρα, ας, ἡ. *coma*. 34, 2. πολ. ἐθ. de canis capillis poëtæ, quorum aspectum puella nimis delicatula fugiebat. Ἐθειρα sæpius ponitur, ubi indicetur comæ canities. Hom. Hymn. in Ven. 229. de Tithono. Strato in epigr. quod excitat Alberti ad Hesych. Tom. I. pag. 1092. ἡδη μοι ποι πολιαι αἱ ἐπι κροταφοισιν ἐθειραι. Capitis autem canities senectutis imago apud poëtas. Ceterum dulces versiculi mores timidæ ac delicatulæ puellæ egregie et vivide exprimentes. Hes. ἐθειρα· κομη τημελουμενη.

Εἰ δε μη, *sin minus*. 10, 15. ad-

hibetur, cum præcedit oratio imperans.

Εἰς, *ad, in.* 14, 15. rariorem significatum obtinet, et pro ὡς *loco, pro, instar* positum est. εἰς βελ. *instar, loco sagittæ.* vid. quoque Dorvill. ad Charit. pag. 401. (2°) cum accus. pro simpl. dativo. 52, 18. ἐς ὑπ. pro ὑπνῳ, ut Lat. *gravatus somno,* Virg. 6, 520.

Εἶτα, *tunc, hanc ob causam.* 14, 14.

Ἔκας sc. ἔστω *procul.* 54, 7. proprie est particula ab ἑκω, i. q. ἱκω, κιω deducenda, qua profani a sacris arcebantur. Hesych. ἔκας· πορρῶ.

Ἐκεινος, η, ον, *iste, ille, scelestus.* 12, 7. Partim graviter indicat contemtum ac odium, quo hirundines in fatalem istum tyrannum incensæ sunt, (conf. Plin. H. N. lib. 4, 11. pag. 206. ibique Harduin.) partim ad loquacitatem avis terrore temperandam positum videtur. Bene Dacieria: " Le mot *ce* (ἐκεινος) a cette force, comme le Latin *ille,*" (potius *iste,*) ut Horat. 2, 13, 1. *ille* et nefasto te posuit die. Sed et bono sensu occurrit 8, 10.

Ἐκζεω, *effervesco.* 52, 10. *mustum doliis gratum videntes effervescentem.*

Ἐκθεριζω, (a θερος, calor, æstas,) propr. *demetere;* deinde omnino *auferre, resecare,* imagine a messe ad quamcunque amputationem translata. 12, 7. Vid. *Stœber* ad Thom. Mag. p. 441. Hesych. θεριζει· — — και ἀλοᾳ.

Ἐκμαινομαι, *vehementer furere.* 13, 4. de Attide ob amorem Cybeles in furorem acto. Ἐκ enim in compositione habet vim augendi. Vid. Zeune ad Viger. pag. 602. b. n. 8. ed. Herm.

Ἐκμανθανω, *penitus disco.* 10, 8.

Ἐκπριαμαι, pro simplice πριαμαι, *emo.* 10, 5. omissum est *ἱνα—quanti vis, ut emam:* quanti vis mihi vendere hoc signum?

Ἐκσοβεω, *expellere, exigere.* 33, 19.

Ἐκτανυω, *extendo.* 8, 5.

Ἔκτος adv. *extra.* 32, 25.

Ἕκτωρ, *Hector,* bellatorum Trojanorum fortissimus, ab Achille interfectus, et balteo, quod post certamen singulare ab Ajace acceperat, circa muros Iliacos tractus est. 31, 15.

Ἐλαια, ας, ἡ, *oliva.* 37, 11.

Ἐλασθεις ab ἐλαυνω (seu potius ἐλαω, vel ἐλαθω propter σθ ante terminat. εἰς) *abigere, depellere.* 35, 8.

Ἐλαφηβολος, ου, ὁ, ἡ. i. e. ἡ βαλλουσα ἐλαφους, *cervorum jaculatrix,* (ut Ovid. Fast. 2, 155) 60, 1. proprium Dianæ epitheton, quod etiam Hom. Hymn. in Dian. v. 2. legitur. Dianam ἐλαφηβολον antiquis operibus artis expressam commemor. *Winkelmann* descript. des pierr. grav. pag. 77. n. 191. et *Lippert* Dactyl. Mill. 1. n. 212. Conf. Callim. Hymn. in Dian. v. 17. ibique Spanh. Hesych. ἐλαφηβολος· κυνηγος.

Ἐλεγχω, (ex mente *Scheidii* ad Lennep. Etym. p. 265. ab ἑλω, seu ἐλω, *protraho,* unde ἐλεω, ἐλεγω, ἐλεγχω, *protraho in lucem,* i. *arguo, monstro.*) *prodere, monstrare.* 28, 32. το σ. ἐλ. *quod cutem prodat.*

Ἐλευθερος, α, ον. *liber,* (de capillo) i. e. *non vinctus, nullo vinculo collectus.* 29, 6. *Libertate donare.* 9, 18.

Ἐλεφαντινος, η, ον. *eburneus,* i. e. *candidus.* 28, 12. 29, 29. Ornate et exquisite de fronte et collo niveo Adonidis, venustissimi juvenis et cutis candore celeberrimi. Conf. Bion. 1, 8. 10, 26. Poëtæ enim ad rem suaviter et accurate depingendam, sensibusque accommodandam, epitheta a rerum natura sumunt. Sic quoque Latini voc. *eburneus* usurpant, ut *eburnea colla* Ovid.

Met. 3, 422. Heroid. 20, 57. *eburnea cervix* Prop. 2, 1, 9. digiti *eburni:* ubi vid. Burm. p. 205. et *Wieland* Endym. v. 49. Hesych. ἐλεφαντινα· λευκα.

Ἑλιξ, ικος, ὁ, ἡ. (et adj. et subst. ab ἑλω, ἑλεω, ἑλιω, ἑλιγω, ἑλισσω, ἑλιττω, *volvo*). Varios h. v. significatus recenset Hesych. pag. 1176. sq. Ἑλικες πλοκαμων. 29, 6. idem ac πλοκαμος ἑλιξ, i. e. *capillus tortus, crispatus.* vid. Fisch. ad h. l.

Ἑλισσω (unde ἑλιξ,) *volvo, torqueo, implico.* 51, 21. *ut lilia violis intexta.*

Ἑλκω (ἑλω), *sumere.* 29, 14. *trahere.* 51, 16.

Ἑλυω, *volvo.* 52, 15. *provolutus super frondibus densis,* ubi dormit virgo.

Ἐμβαλλω, *injicio.* 61, 6.

Ἐμπλεκομαι, *implicari.* 44, 8.

Ἐναυλος [ut subst. voc. novum, *tibia*] 49, 6. *cum tibiis paribus imparibusque.* Tibiæ erant vel dextræ, vel sinistræ. Quodsi duæ pluresve sinistræ dextræque inflarentur, αὐλοι vocabantur ἑτεροπνοοι. Confer Fischer. et Born.

Ἐνδοθεν, quasi *ex intus;* ex interiore loco. 12, 5. Ad rem melius ac vividius pingendam poëtæ per pleonasmum quasi uti solent particulis locum superiorem, inferiorem, exteriorem, interiorem notantibus. Conf. quoque Zeune Animadverss. pag. 25. Τα μεν ἐνδοθεν — — sc. κατα τα μεν μερη ἐνδοθεν ὀντα. 29, 4. Oppos. τα ἐς ἀκρον, quod vide sub ἀκρον.

Ἐνερθε, *infra.* 51, 18. Hesych. ἐνερθε· ὑποκατω.

Ἐνεστι θν. 23, 7. i. e. *non queunt mortales;* quod et Latini in rebus difficilioribus imitari solent: e. gr. Cic. ad Fam. 14, 5, 3. Hesych. ἐνεστιν· ἐξεστιν.

Ἐξ, *proxime.* 28, 10. Interdum enim hæc particula admittit nec temporis intervallum, nec alicujus rei interventum. Vid. etiam Zeune ad Viger. pag. 598. ed. Herm.

Ἐξαιρεω, *detraho, sumo.* 63, 11.

Ἐξειμι, *egredior.* 30, 8. ἐξεισι, *egredietur,* nam *præsens* hujus verbi semper induit significationem *futuri.* Quare hic junctum reperitur *futuro* μενει. Sensus est: *tamen non aufugiet, sed manebit usque.*

Ἐξω, *extra.* 14, 19.

Ἑορται Διονυσιαι. 53, 18. haud dubie sunt διονυσια μεγαλα, *verna,* quæ mense Elaphebolione celebrabantur. Gestabant in iis in primis feminæ coronas et serta rosacea, quia rosa etiam Baccho sacra fuit. Dionysia discant studiosi ex Potter's Arch. Græc.

Ἐπεμβατης. 61, 12. *vector equi:* sensus est—*Nondum es domita.*

Ἐπερχομαι, *advenire* (*præter opinionem*). 23, 4. exquisite de morte semper hominum opinione citius adventante. Vid. Schneider Anmerkk. pag. 196. Sic quoque 3, 6. ἐπισταθεις cf. ἐφιστημι. Vide Homer. Odyss. 5, 472.

Ἐπηρατος, ου, ὁ, ἡ. *gratus, jucundus.* 6, 15. Hesych. ἐπηρατον· ἐπεραστον.

Ἐπιθυμεω, *cupio.* 36, 13.

Ἐπικαιω, *vehementer calere, ardere.* 21, 7. ἐπι enim in composs. auget.

Ἐπικερτομεω, *deludere, deridere.* 8, 7. Hesych. ἐπικερτομων· ἐπισκωπτων. et Suid. ἐπικερτομουσι· χλευαζουσιν.

Ἐπιληνιοι (ληνος) ὑμνοι. 52, 8. *torcularii hymni,* i. e. carmina, quæ torculatores, inter calcandum uvas, in laudem et honorem Bacchi canebant. Hæc epilenia etiam in pompis Dionysiacis ad tibias canebantur a satyris uvas calcantibus. Narrat Athen. libr. 5. pag. 199. ed. Casaub. ἐπατουν δε ἑξηκοντα Σατυροι

προς αὐλον ᾀδοντες μελος ἐπιληνιον. De epileniis vid. quoque Rittershus. ad Cyneg. 1, 127.

Ἐπισταμαι, scire, cognoscere. 55, 6. *ἰδων ἐπιστ.* hæc orationis forma, quam et Latini habent, actionis alicujus celeritatem significat; *video et cognosco. Si valeas, possis.* 32, 2.

Ἐπιστολη, ἡ, epistola. 9, 16.

Ἐπιτεγγω, imbuere, superfundere. 53, 41.

Ἐποργιαζω, sacra celebrare. 32, 23. proprie de Dionysiis, s. mysteriis Bacchi. Conf. Potter's Arch. Græc.

Ἐρασμιος, ου, ὁ, ἡ. amabilis. 9, 1. ubi habet femin. Ionicum: *mea columbella.*

Ἐραστης et *ας, amator.* 27, 7.

Ἐρατος, η, ον. active, i. e. *amans, amore abreptus.* 52, 15.

Ἐραω, amo. 55, 5. 41, 6. *Amasium Veneris;* nam recte monet Fischerus, Bacchum *τον ἐρωμενον* esse videri, Venerem *την ἐραστριαν,* quod docet nexus idearum.

Ἐργον, ου, το. 37, 9. Baxter h. l. intelligit contra mentem poëtæ et pulchri sensum, *urbes, templa* et *arces.* Sed quid, quæso, veri redeunti cum urbibus et templis? Nitor veris naturam animat, ita, ut ad vitam redire, læta florescere atque splendescere videatur. Malim itaque *ἐργα,* cum aliis viris doctis, interpretari *arva, sata florida;* quo sensu voc. *ἐργον,* quod tirones jam sciunt, frequenter apud Græcos legitur. Fundus hujus signif. est Hom. Il. *μ,* 283. Hesych. *ἐργα* — — *ποτε τα κατα την γεωργιαν,* ubi et ad v. *ἐργον* vid. Alberti. Cf. quoque *Damm* Lex. Hom. sub *ἐργον.* Et Latinos *opus* de agricultura usurpare notum est, v. g. Virg. Georg. II, 472.

Ἐρεθιζω, excito, invito: ἐρεθιζει. 22, 5. explicat Faber *leni agmine fluit;* non male, sed melius Casaub. (ad Athen. pag. 590.) *susurro oblectare.* Equidem prætuleram olim interpretationem Alberti ad Hesych. Tom. I. pag. 1421. *garrire, garriendo oblectare.* Sed credo nunc, illam ab auctore esse illatam, et notionem primitivam, *irritandi* nempe et *lacessendi,* quæ etiam formæ *ἐρεθω* eripi non potest, (cf. Lennep Etym. Ling. Gr. p. 286.) eo magis et hic esse retinendam, quo aptior idea *τον invitare ad voluptatem,* quam arbor umbrosa, rivus garrulus et omnino loci amœnitas præbeat, h. l. esse videatur. (*Degen.*) *Susurro oblectat, invitat ad voluptatem.* Ita fere usurpat Theocritus *λαλειν,* de cupressis, 27, 57. et *κελαρυσθειν* de aqua. 7, 137. (*Mœbius.*)

Ἑρμης, ου, ὁ Mercurius, cujus manus, quas imitari in Bathyllo pingendo poëta jubet pictorem, ob gracilitatem et flexibilitatem laudabantur. 29, 31. De pulchritudine hujus dei quædam disputat *Galen. προτ.* cap. 3. *Winkelmann* in Geschichte der Kunst. Wien 1776. p. 282. Venustissimas Mercurii imagines invenies in Antichità di Ercolano Tom. 6. pag. 115. et Pitture antiche d'Ercolano Tom. 3. Tab. 12.

Ἔρνος, εος, το. ramus, frutex. 53, 37. *ἔρνος ῥοδων, frutex rosarum ferax.* Hesych. *ἔρνος·* — *δενδρον εὐθαλες, βλαστημα, φυτον.*

Ἐρυθημα, τος, το. proprie *radix,* quæ etiam *ἐρυθροδανον* dicitur, qua feminæ, quæ suavem illam et naturalem genarum rosam amiserant, faciem pingere solebant. Hesych. interpret. *ἡ ῥιζα, ἡ λεγομενη Ἐρυθροδανον;* deinde *rubor.* 29, 20. Ornate et exquisite *verecundiam* significat, quæ perfundere solet faciem suavi rubore.

Ἐρυθρος, α, ον. ruber. 31, 8. de vino. *Epithet. Homericum.* Res

est ex Homero notissima, veteres amavisse vinum ἐρυθρον, scilicet, μελαν.

Ἐρωτιδευς, εως, ὁ. diminutivum ab ἐρως. 33, 13. ἐρωτιδεις, *Amorculi*. De vario et diverso modo, quo diminutiva desinunt, conf. Fischer Animadvv. super Welleri Grammat. pag. 130. sqq.

Ἐσοπτρον, ου, το. *speculum*. 11, 3. 20, 5. voc. rar. pro frequent. ἐνοπτρον et κατοπτρον, quod poëtis est familiare. Vid. *Spanh.* ad Call. Hymn. in Pall. v. 17. Vol. II. p. 615. ed. *Ern.* Specula veterum erant metallica, ex ære, argento, item e carbunculis vitroque confecta. Ex recentioribus de veterum speculis quædam disserit vir doct. in dem Gothaischen Hofkalender 1782. (*Degen.*) Ceterum non est, quod cum nonnullis dubites, an hoc vocabulum pro usitatiori, κατοπτρον et ἐνοπτρον, apud bonos scriptores Græcos reperiatur. Vid. Pind. Nem. 7, 20. (*Mœbius.*)

Ἑταιρη, ης, (Ion. pro α, ας.) ἡ. *amica*. 4, 15. 28, 5. Pari modo Latini voc. *amica* usurpant.

Ἑταιρος, *amicus*, *amasius*. 19, 6. 29, 2.

Ἑτεροπνοος, ὁ, ἡ. *diversa sonans*. 49, 6.

Ἐτησιος, α, (Ion. η,) ον. 33, 2. docte et ornate adject. pro adverbio, *singulis annis*, *quot annis*. Hesych. ἐτησιον· κατ' ἔτος γινομενον.

Ἐτοιμος, η, ον. 56, 11. ἑτοιμον sc. ἐστι propr. *paratum*, i. *destinatum est*.

Ἐτρωθη, vid. τιτρώσκω.

Εὐβοτρυος, ου, ὁ, ἡ. 18, 17. ἀμπ. εὐβοτρ. vitis uvis plena atque ornata.

Εὐδια, ας, ἡ. 15, 11. Fischer de *valetudine* accipit. Proprie est *cœli serenitas*, ab εὐ et Ζευς, Διος, i. *cœlum*. Suid. εὐδια· ἡ ἀνευ ἀνεμων ἡμερα. Metaphorice omnino *vitæ jucunditas*, ut Pind. Ol. 1, 158. μελιτοεσσαν εὐδιαν, ad quem l. vid. Harles et Heyne ad Pyth. 5, 12.

Εὕδω, *dormire*. 25, 2. Hesych. εὑδειν· καθευδειν, κοιμασθαι.

Εὐθεως, *statim*. 10, 14.

Εὐθυ et εὐθυς, *statim*, *simul ac*. 3, 15. 33, 15. Hesych. εὐθυ· παραχρημα.

Εὔιος, ου, ὁ. *Evius*, i. e. Bacchus. 18, 11.

Εὐναζομαι, (εὐνη) *dormire*, *quiescere*. 41, 10.

Εὐπεταλος, ου, ὁ, ἡ. *bene foliatus*, i. e. magnis foliis vestitus. 18, 16.

Εὐπρεπης, εος, ὁ, ἡ. *decens*, *formosus*. 18, 18. de pueris in poculo cœlato signandis. Sic Horat. I, 4, 9. *Gratiæ decentes*. Hesych. εὐπρεπεια· εὐμορφια. Ceterum εὐπρεπης pulchrius dictum esse, quam εὐμορφος, vett. grammatt. contendunt: vid. Thom. M. pag. 392. ibique interprett.

Εὖρυς, εια, υ. 35, 5. ποντος εὖρυς, *mare magnum*, *altum*, i. e. Mediterraneum, per quod Jupiter Europam transtulit in Cretam insulam. Hesych. εὔρυ· πλατυ, μεγα. (*Degen.*) Hic nihil somniandum de mari Mediterraneo, licet Jupiter Europam per hoc transtulerit, quod non curat poëta. Ceterum hic quoque locutionem Homericam quære. (*Mœbius.*)

Εὐτελιζω, *contemnere*. 45, 10. de Marte, qui sagittam Amoris, ut levem, contemserat. Hesych. εὐτελεια· ταπεινωσις.

Εὐωδης, εος, ὁ, ἡ. *bene olens*. 39, 17. μ. εὐτεγξ. δεμ. i. q. μεμυρισμενος unguentis nitens. Hesych. εὐωδει· εὐοδμῳ.

Ἐφευρετης, ου, ὁ. *inventor*. 41, 3. apprime Bacchus inventor chorearum dicitur, quia vinum homines,

tam senes quam juvenes, sæpius ita reddit hilares, ut sponte saltare incipiant.

Ἐφηβος συμποτης, *compotor adolescens.* 42, 4.

Ἐφιστημι, *adesse, adstare,* et quidem *præter opinionem.* 3, 6. ubi ἐπισταθεις dictum pro ἐπιστας: ob quam generis enallagen, Græcis non inusitatam, (vid. Zeune ad Viger. pag. 216. ed. Herm.) nolim confugere ad recentiorem poëmatis illius auctorem. Conf. Sophocl. Ajac. 1790.

Ἔχω, (1°) *tenere, premere.* 14, 20: omnino h. l. verbum simplex positum pro compos. κατεχειν. (2°) Ἔχειν accusativo junctum sæpe neutraliter sumitur, ἐχειν και τι τερπνον. 27, 6. *magnopere oblectari, magna perfundi voluptate;* ubi quoque notandum est, partic. και et pronom. τις cum adjectivo construct. habere vim augendi. Vid. sub και et Viger. pag. 253. ed. Herm. (3°) Ἔχειν uti adverbiis ita et participiis junctum obtinet potestatem verb. εἶναι, quæ aptissima mihi videtur explicatio solvendis elegantiis, quas hoc verb. efficere solet. 29, 26. κ. ἐχετω λαλων σ. i. e. *sit loquens cera, dum tacet.* Cf. L. Bos Ellipss. sub ἐχειν. Ceterum de vario et eleganti usu hujus verbi vid. Ruhnken ad Tim. pag. 184. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. pag. 472. et Viger. pag. 248. sqq. ed. Herm. Idem quod *nosti, scis,* ut Lat. habeo. 9, 35.

Z.

Ζαω, ζω, *vivo.* 36, 12. το ζην, *vita.* 23, 2.

Ζεω, *fervere, effervescere.* 52, 10. exquisite de musto; Ἔρατον πιθοις — — quando vident, effervescere mustum doliis gratum.

Ζηλος, ου, ὁ. propr. *motus aquæ ferventis, æstus,* a ζεω, *fervere, æstuare;* deinde quicunque vehementior animi motus, maxime studium vehementius in rem aliquam, unde *æmulatio.* Sed et sensu malo adhibetur, unde *invidia.* Hinc sæpius occurrit pro φθονος, et sic 15, 3. ubi vel cum φθονεω conjunctum legitur. Cf. etiam *Lennep* Etym. L. Gr. p. 310.

Ζητεω, *quærere, studere.* 30, 5. Elegantiores Græciæ scriptores adhibent hoc verb. pro *velle, conari.* Conf. Lamb. Bos Animadd. pag. 6.; Hesych. ζητειν· βουλεσθαι, Ἀττικοι. ibique Alberti.

Ζωγραφος, ὁ, *pictor.* 28, 1. 2.

H.

Ἡβη, ης, ἡ. propr. *pubes,* s. mollis lanugo, qua pubertas solet indicari; hinc *juventas.* 54, 2. 56, 3. Etym. M. h. v. derivat a βαω, inquiens post alia ἡ ἀπο του βεβηκεναι, ἀβη και ἡβη. Ἀπο του βω, το πορευομαι, βη και ἡβη. Cf. *Scheid.* ad *Lennep* Etym. L. Gr. p. 315. Fatendum potius videtur, et hujus vocabuli, ut plurium, incertam esse originem.

Ἡδυ κυπελλον (vid. κυπ.) *Dulcis:* et adverbialiter, *Dulce.* 6, 9.

Ἡλιαω, *solem referre, solis instar candicare.* 29, 5. κομ. ἡλ. *coma rutilans, solari quasi splendore renitens;* hinc Faber ad h. l. proprie *splendens.* Hoc vero loco non intelligendam esse comam flavam, patet ex eo, quod poëta artificem jubet eam pingere, τα μεν ἐνδοθεν, nigricantem, quod de coma flava dici non posse, experientia docet. At nos non turbet splendor, quem poëta cupit, similis coloris solis, cum notum sit, etiam a collectis apicibus nigricantis capilli, in primis

crispati et torti, talem splendorem referri. (*Degen.*) Degenius splendorem solis similem a collectis nigrorum capillorum apicibus referri censuit. Alii aliter; inprimis Brossius, qui Poëtam ad picturam respexisse putat, in qua color capillorum mutatur, ut cincinni observari possint. (*Mœbius.*) De colore, quem veteres in capillis amabant, vid. Winkelm. Gesch. der Kunst pag. 373.

Ἡμιθηλυς, ὁ. *semivir:* h. e. nec mas nec femina. 13, 2. bene de Attide; illi enim, ut fabula narrat, jussu Cybeles genitalia desecta sunt. *Bentleius,* in epist. ad *Gaconem* Francogallum, h. v. explicat *pene puella,* mollibus femineisque fere membris præ pulchritudine.

Ἡμιλεπτος, ου, ὁ, ἡ. *semiexclusus.* 33, 10. de recenti amore, quem poëta exquisite et facete sub pullo semiexcluso repræsentat.

Ἡνια, ας, ἡ. et ἡνιον, ου, το. *habena, lorum.* 61, 7.

Ἡπαρ, ατος, το. *jecur, hepar.* 3, 28. Hanc præcipue corporis partem amoris sedem esse, veteres utriusque linguæ poëtæ docuerunt: e. gr. Mosch. 1, 17. ἐπι σπλαγχνοις (Hesych. σπλαγχνα· ἡπαρ) δε καθηται. Horat. 1, 25, 15. tibi flagrans amor sæviet circa *jecur* ulcerosum; ubi vid. *Jani.* At non tantum amoris atque libidinis, verum etiam *iræ* sedes jecur habebatur. Hor. 1, 13, 3. 4. ubi vid. *Mitscherl.* Præterea omnium dolorum, qui mentem penetrant, sedem poëtas veteres posuisse in jecore multis docet *Valcken.* ad Hippol. v. 1070. p. 279. Copiose hanc materiam exposuit Schwebel ad Mosch. l. c.

Ἡρακλης, 1, 8. *Hercules;* cujus labores materiam carminis heroici significant.

Ἡρωες, 1, 11. *heroës,* proprie homines meritissimi, post fata inter deos relati; ibi Cadmus et Atridæ, hique poëtice pro carmine sublimi et heroico. Observandum vero est, eo sensu, de quo l. c. sermo est, apud Homerum heroas non occurrere. Ibi enim heroës sunt vel seniores vel principes populorum, (πρεσβυτεροι, ἀνακτες, etc.) ad defendendam partim, partim expugnandam Trojam confluentium.— Hoc sensu primum reperitur apud Hesiodum, anno ante Christum natum 800 florentem, docente Vossio. Conf. Hesiod. Ἐργ. 122. et 141.

Ἡσυχος βιος. 42, 17. i. q. βιοτου γαληνη. 39, 15. *vitæ tranquillitas; securitas.* Hesych. ἡσυχια· γαληνη, ἠρεμια: et ἡσυχος· ἀπραγμων.

Ἦτορ, ορος, το. *animus, cor:* voc. poët. 39. 2. 42, 9. 10. μεν et ἐμον ἦτορ pro ἐγω, ut 36, 11. ψυχη μου, sed doctius et elegantius dictum est. Hesych. ἦτορ· ἡ ψυχη, θυμος.

Ἡφαιστος, ου, ὁ. 17, 2. *Vulcanus;* qui ibi aut ipse, aut potius docte et ornate pro opifice metallico vasculario accipi potest.

Ἠχεω, *sonare, resonare.* 1, 4. proprium esse lyræ docet L. Bos Animadd. p. 76. Hesych. ἠχει· φωνει, ψοφει.

Ἠως (ab ἀω, αὐω, unde *aura, aurora,*) quia sub primam lucem, quam Aurora fundit, venti flare solent, inprimis in regionibus maritimis.

Θ.

Θαλασσα, ἡ. *mare.* 19, 3. 37, 3. 51, 4, 5.

Θαλια, ας, ἡ. (a θαλλω, *floresco, viresco*) propr. *flos,* vel etiam *viriditas;* deinde quasi quidquid flores et gaudia habet, e. g. *convivia,* quorum proprium est. Conf. Heyne ad Hom. Il. ι, 143. in obss.

hinc *convivium publicum, dapes.* 53, 17. Hesych. θαλια· — εὐωχια, πανηγυρις; et Schol. ad Homer. Od. λ, 602. explicat θαλιῃς, ταις των θεων εὐωχιαις. Oppos. τραπεζαι, quæ sunt *epulæ minores privatæ.*

Θαλλω, *floresco.* 62, 12. *floret, flos juventutis maturescit.*

Θαλπω, proprie *calefacere.* Hesych. θαλπω· θερμαινω; sed 53, 13. est *terere, tractare.* Dulcem, inquit, odorem spirat rosa ei, qui eam decerpit et digitis tractatam naribus leniter admovet.

Θεητος, (Ion. pro θεατος) η, ον. proprie *spectabilis,* de corpore. 50, 12. δεμας θ. non tam *pulchrum,* quam *firmum* et *sanum* corpus Fischer interpretatur. Malim prius. Hesych. θεατος· το ἐκλεκτον· ὁρατον, και θεωρητον.

Θελγω, propr. *allicere, pellicere.* 52, 19. ἐς ἐρωτ' ἀωρα θελγει (sc. juvenis puellam) ὡστε, vel προς το, vel εἰς το προδοτον γ. γ. ad amorem intempestive allicit, ut proditrix nuptiarum fiat; i. e. ut ante nuptias usum Veneris concedat. Γαμον enim interdum verecunde poni pro συνουσια docet Spanhem. ad Call. Hymn. in Del. 240. Conf. et γαμος. Hesych. ἀωρον· ἀπρεπες, ἀκαιρον et θελγει· θαλπει, μαλασσει, κηλει, τερπει. Eustath. θελγειν interpretatur εἰς το θελειν ἀγειν. Conf. Born ad n. l. Sed nimis quæsita hæc deductio videtur.

Θελω, *cupere, desiderare, appetere.* 12, 1. 4. 10, 4. 19, 7. 27, 3. 28, 10. 29, 37. quo sensu etiam Latini verb. *velle* usurpant. 12, 1. θελεις ποιησω intell. ἱνα. Plane sic quoque Latini: *quid vis tibi faciam?* Ceterum sane ineptiunt, qui voc. θελειν et *velle* de iis maxime adhiberi contendunt, qui alacri animo ad aliquid suscipiendum se aptent, ut Broukhus et Burm. ad Prop. 2, 8, 13. ubi male et noster locus excitatur.

Θεμις, 51, 10. scilicet, ἐστι, *quæ nefas est videre.*

Θερος, εος, το, *ver.* 33, 3. Hirundines mensibus hibernis migrare et adventante vere redire, jam veterum erat opinio. Plin. H. N. lib. 10. cap. 34.

Θεσμος, ὁ, *lex, institutum.* 48, 3.

Θεω, 9, 4. *volare, currere.*

Θηβη, ης. 16, 1. τα Θηβης, i. e. *Thebæ ipsæ,* et hoc pro bello Thebano, a Cadmi nepotibus gesto. Thebas, Bœotiæ urbem bello suo nobilem, condiderat Cadmus Agenoris filius. Hinc Cadmus ipse pro bello Thebano. Od. α, 2.

Θηρ, ὁ, *animal.* 60, 3.

Θιασος, ου, ὁ. (θεος, θειος, θειαζω, θιαζω) 39, 23. proprie *quicunque cœtus ad Deorum cultum institutus,* in specie Bacchicus cœtus; deinde, (quia in celebratione sacrorum saltationes et convivia adesse solebant,) in genere *quivis sodalium cœtus,* et *convivium ipsum.* Zonar. Lex. ms. θιασος· το ἀθροιζομενον πληθος ἐπι τιμῃ Θεου. Conf. *Alberti* ad Hes. I. p. 1717. n. 7. Hesych. θιασος· χορου συστασις, ἡ συλλογος· και το ψιλον πληθος· ἐσθ' ὁτι δε, και το Βακχικον· ἡ ἑσμος γυναικων· θιασαι· χορευσαι.

Θνησκω, *morior,* ab θανω. 23, 4. 39, 27. το θανειν pro ὁ θανατος: sed hoc notionem, illud actum notionis exprimit.

Θρασικαρδιος, ου, ὁ, ἡ. *ferox, strenuus.* 60, 5. θρασ. ἀνδρ. ἐγκαθορα πολ. χαιρουσα *strenuorum urbem propitia tuearis.* Vocabulum apud Homer. sæpius obvium, e. g. Il. ν, 343.

Θριξ, τριχος, ἡ. *capillus* (canus). 47, 4.

Θυελλα ἀνεμοτροφος, *procella rapida, præceps.* 41, 14. Solemnis idea apud poëtas, animi æquitatem

significans. Conf. Horat. I, 26, 1. ibique Mitscherl. Hesych. θυελλα· ἀνεμον συστροφη, και ὁρμη, ἡ καταιγις.

Θυμος, ου, ὁ. proprie *spiritus gravior.* Hinc *animus fortis, ira;* quia utrumque graviore spiritu declarari solet; porro *vita,* quia hæc sine spiritu esse non potest; denique *animus.* 26, 6. 50, 13. i. q. ἠτορ, quod vide.

Θυρα, ἡ, [unde *obturare, returare,*] 3, 7. *pulsavit fores.*

Θυρσος, ὁ, *Baculus, pampinis in cuspide circumplicatus.* 6, 6.

Θωρηξ, ηκος, (Ion.) ὁ. Olim pars hominis a collo usque ad pudenda: deinde id, quo illa pars hominis tegitur atque munitur, i. e. *lorica.* 14, 9. Hesych. θωραξ. ὁπλον, πυργος, χιτων, λωρικιον.

I.

Ἰαινομαι, *gaudere, lætari.* 39, 2. *lætitia perfusum:* Hesych. ἰανθη· ἐχαρη, διεχυθη, ἡυφρανθη.

Ἰδε πως, *vides ut.* 37, 1. sq. forma, quam et Horatius imitatus est: e. gr. Od. 1, 9, 1. 14, 3. Serm. 2, 2, 76.

Ἱδρως, ωτος, ὁ. *sudor.* 7, 6. Vid. et τειρω.

Ἱκνεομαι, ἱκομαι, *venio.* 60, 4.

Ἱλαρος, α, ον. est Latinorum *hilaris.* 41, 1. 26.

Ἱμερος, ου, ὁ. 51, 26. est *Jocus,* filius Veneris, qui cum fervido puero matrem ridentem semper circumvolat. Conf. et *Jani* ad Horat. I, 2, 34. (*Degen.*) Non *Jocus,* ut nonnulli interpretantur, inquit Mœbius, sed *Cupido;* nam Ἱμερος et Ἔρως ita junguntur, ut hic amorem, ille desiderium amoris significasse videantur. Male comparant Hor. I, 2, 34., ubi recte Mitscherl. *novo sed præclaro phantasmate, quod an alibi occurrat, nescio.* Confer 62, 6.

Ἵνα cum indicat. significat i. q. ὁπου ἀν. 51, 30. ἵνα νηχ. *quocunque natat.* Conf. Viger. pag. 557. ed. Herm.

Ἰον, ου, το. *viola.* 51, 21. κρ. ὡς ἰ. ἑλ. *ut lilia violis innexa.*

Ἰουλος, ου, ὁ. proprie *lanugo:* Gloss. vett. ἰουλος, ὁ χνους των γενειων et Hesych. ἰουλοι· αἱ πρωται των τριχων ἐκφυσεις. Apte et exquisite 5, 10. de mollibus Cupidinis capillis (Ovid. ex Pont. 3, 3. 17.) lanugini similibus. Vid. Calpurn. ecl. 2, 85.

Ἵππος, ου, ἡ. *equitatus, copiæ equestres.* Conf. Herodot. 1, 28. 3, 90. quem significatum etiam obtinet ἵππος apud nostrum 16, 4., ubi Barnesius dormitavit, et, contra omnem poëseos elegantiæque sensum, allusionem ad equum illum Trojanum invenisse sibi videbatur. Ἵππους, ut apud Lat. *equos,* sæpius etiam pro *equitibus* adhiberi notum est. Conf. quoque *Bach* ad Xenoph. Ages. 2, 3. p. 224.

Ἵπταμαι, (i. q. πεταμαι, ex quo haud dubie ortum est,) *volare* 20, 3. Hoc voc. Phrynich. pag. 142. et Thom. Mag. pag. 473. e finibus Atticis exulare jubent; sed vid. interprett. ad I. Th. M.

Ἴπτω, frequens quidem significatio h. v. est *lædere, offendere;* sed, in Theocrit. od. *in Mortuum Adonid.,* (ubi ἰψω est pro ἰψασο ab ἰψαμην, -ασο, -αο, -ω) notat *percutere.* Hesych. ἰψαο· καταβλαψας, ἐφθειρας.

Ἵστημι, (σταω, στημι, et cum præfixo iota aspirato ἱστημι) *stare.* 20, 1. graphice de Niobe, filia Tantali et Diones, in saxum conversa.

Ἱστιη, ης, ἡ. (Ion. pro ἑστια) 3, 19. *focus.* Bene Hesych. ἑστιη· πυρ. Proprie enim ἑστια, unde Lat. *Vesta* [præposito digamm. Æolico]

ortum est, fuit *focus*, i. e. *ara* Vestæ in Prytaneo, in qua perpetuus ignis aleretur. Sic enim Pollux 1, 8. οὕτω (sc. ἑστιαν) δ' ἀν κυριωτατα καλοιης την ἐν πρυτανειῳ, ἐφ' ἧς το πυρ το ἀσβεστον ἀναπτεται.

Ἱστορημα, το, *narratio:* 18, 19. *fabula.*

Ἰσχιον, ου, το. *coxa*, proprie os illud, in quod inseritur femoris caput. Conf. Foësii Œc. Hippocr. pag. 288. sq. et Harl. Ind. Chrest. Gr. Pros. 55, 1. Ἰσχια, *clunes.* Hesych. ἰσχια· τα ὑπερανω των μηρων, και τα κοιλα των γλουτων, ἐν οἰς ἡ κοτυλη στρεφεται. Conf. et Fisch. ad n. l.

Ἴτυς, υος, ἡ. proprie *curvatura rotarum* et *clypeorum*, quæ in his facta erat ex ferro. Conf. Wessel. ad Herod. VII, 59. *Extrema pars cujusvis rei rotundæ*, ut *palpebrarum.* 28, 17. ubi ornate et docte de suavi palpebrarum circuitione. Vid. Schneider ad h. l. Hesych. ἰτυς· ἡ ἐσχατη ἁψις, ἡ περιφερεια της ἀσπιδος και του τροχου, και παντος περιφερους το τελευταιον μερος. Hic locus (28, 17.) inquit Mœbius, ostendit, scriptum olim fuisse συνοφρυ; nam βλεφαρων poni potuisse pro ὀφρυων quis credat.—Vide συνοφρυς.

Ἰφιτειον τοξον, *arcus Iphiti*, Euriti et Antiopes filii, quem Hercules occidit (Hom. Od. φ, 27.) et arcum illius abstulit, quo tamen postea abusus est in furore contra uxorem et liberos suos. 31, 12. Vid. quoque Barnes, ad h. l.

K.

Καδμος, ου. 1, 2. Per *Cadmum*, regis Agenoris filium, Thebarumque conditorem, docte significatur bellum Thebanum, quod inter ejus nepotes ortum est.

Καθιζω, *considere.* 3, 19. 9, 23. sc. ἐμαυτον. Vid. Wolle ad Küster de V. M. pag. 96. sq. et Thom. Mag. pag. 486. ibique interprett. Καθισον sc. σεαυτον *compone te ad sedendum.* 22, 2. Differt καθισον a καθησο, ita, ut prior vox ejus sit, qui simpliciter, ut sedeat aliquis aliosve sedere etiam faciat, imperat; posterior autem ejus, qui sive stantem alloquatur, et sedere ac quietum permanere jubeat. Vid. Harles ad h. l. Clark ad Hom. Il. β, 191. Ammon. pag. 80.

Καθαιρεω, *desumo.* 29, 44. Sensus est:—tanta est similitudo Bathylli et Apollinis, ut tu, suspensa Apollinis imagine *sumpta*, ex ea facile Bathyllum, ex hujus effigie conficere possis Apollinem. 37, 13.

Καθοδος ἀργαλεη, *difficilis descensus.* 56, 11. Hes. ἀργαλεη· χαλεπη, δεινη. et Schol. ad Aristoph. Plut. 1. interpretatur χαλεπον, δυσκολον, δυσχερες.

Και, (1°) *vel, adeo.* 1, 9. 9, 37. (2°) in interrogationibus vim habet impellendi et cohortandi, et tum positum pro δη, ut quoque Latini suum *et* adhibere solent, et redditur, *quæso, tandem.* 19, 7. 23, 8. 9. Conf. quoque Zeune ad Viger. pag. 524. sq. ed. *Herm.* (3°) interdum ponitur pro δε, etiam non præcedente μεν. 14, 8. καγω *at ego.* Conf. l. c. pag. 521. (4°) pro μεν, *quidem.* 9, 17.

Και γαρ. 35, 11. positum est pro και γαρ τοι, *etenim;* probationem enim præcedentis versus continet.

Και δη, *quin etiam*, Theocrit. in Mortuum Adon. 45.

Καινος, η, ον. *novus, diversus.* 16, 6. de novo ac diverso puerorum puellarumque exercitu, a quo Poëta vincebatur.

Καλιη, ἡ, *nidus*. 33, 3. 7.

Καλλος, εος, το. *pulchritudo, venustas*. 2, 9. Bene jureque tribuit Poëta pulchritudinem mulierculis Græcis.

Καλος, η, ον. *pulcher, suavis*. 13, 1. καλη Κυβ. non *alma*, sed *formosa* Cybele explicat Bentleius; bene. 12, 8. de somniis, quia Poëta sibi visus est per quietem amplecti Bathyllum suum. Denique ad 8, 10. καλας ἐκεινας observat D'Arnaud Animadvv. pag. 9. sq. puellas Græcas ab amasiis suis simpliciter dictas fuisse τας καλας.

Καλυπτω, 36, 12. *tegere, velare*, nimirum velamine, quo corpora defunctorum tegebantur; vel etiam *humare, terra obruere*, quod Fischero ad h. l. placet. 51, 11. de Venere, cujus media pars fluctibus in disco fictis tegebatur. Hic, inquit Mœbius, necesse non est ut, cum Fischero, καλυψε desideres. Ita etiam Romani. Virgil. Eclog. 3, 374-377., ubi Poëta conjungit *agunt, advolvere, dedere*.

Καμινος, ου, ὁ, ἡ. *fornax*, i. e. *officina*. 45, 2. de officina Vulcani, quæ in insula Lemno, hod. *Stalimene*, fuit, et Hom. Od. θ, 273. χαλκεων dicitur. Vocabulum καμινος poëtas usurpare de fornace Cyclopum et Vulcani docet Spanhem. ad Call. Hymn. in Dian. 60. Conf. Fisch. ad h. l.

Κἀν. 7, 7. (1°) *pæne, propemodum*, κἀν ἀπεσβ. *in eo fere eram, ut animam efflarem; propemodum extinctus fuissem*. Testibus enim vett. grammatt. ἀπεσβη ponitur pro τεθνηκεν. Hesych. κἀν· και δη, ἀν ἀλλα; vid. in primis Hoogev. de Particc. sub h. v. (2°) κἀν et κἠν habet vim *adversandi, etiam, licet*. 9, 19. 30, 7. 38, 3. (3°) Vim *augendi, adeo, etiam*. 34, 6. huc pertinet glossa Hesychii supra allata. Ceterum de eleganti usu et scriptura h. part. copiose disputat *Zeune* ad Viger. pag. 526. 527. ed. *Herm*.

Κανωβος, ου, 32, 20. (variant auctores in scribendo hoc vocab. e. gr. Steph. Byzant. Κανωπος) *Canopus* parva insula ad ostium Canopinum Nili, (hod. *Bekier, Bikir*, seu *Aboukir*, prælio navali illustris a. 1798. inter Francogallos et Anglos commisso, quo illi devicti eorumque naves fere omnes ab Anglis, duce *Nelsone*, deletæ sunt) et urbs ejusdem insulæ, sic dicta a Canopo, Menelai gubernatore, ibi moriente atque sepulto. De lascivia et luxuria hujus oppidi conf. Strabo lib. 17. pag. 1152. ed. Almelov. Juvenal. Sat. 6, 84.

Καρα, το. indecl. *caput*. 36, 9. το καρα elegantiæ Atticæ magis convenire quam ἡ καρα, contendit Thom. Mag. p. 530. ποιηται δε ὁ κρας, και το καρα· ἐπι θηλυκου δε ἡ καρα παρ' οὐδενι εὑρηται, sed vid. ibi *Sallier*.

Καρανος, ου, ὁ. *dominus, magister*. 28, 3. ut τυραννος od. 9. et βασιλευς od. 43. de eo usurpatur, qui in aliqua re excellit.

Καρηνον, ου, το. *vertex*. 39, 14.

Καρια, ας, (Ion. η, ης.) *Caria*, regio Asiæ Minoris. 32, 16.

Καροω, (καρος), *sopire, vino obruere*. 36, 11. τ. ψ. καρωσον, *animam vino obrue:* i. e. ita me fac hilarem, ut, quidquid sit curarum, obliviscar. Hesych. καρωθεις· μεθυσθεις.

Καρπος, ου, ὁ. *fructus, fructus olivæ, uva*. 37, 10. 13. Vid. de hoc voc. Thom. Mag. p. 190. ibique interprett.

Καρτερεω. 23, 3. ἐκαρ. φυλαττων *perseveranter custodirem*. Elegans orationis forma, Atticis in primis scriptoribus familiaris, qua participium verbo junctum per verbum redditur, et verbum vim participii

aut adverbii obtinet. D'Arnaud Animadvv. pag. 15. discessionem facit et καρτερουν redundare probatum ivit exemplis, quæ rem suam non satis firmare videntur. Conf. de hoc Græcism. Viger. pag. 34. ed. Herm.

Κατα (1°) cum genitivo, *in*, *per*. 10, 16. (2°) cum accusat. pro εἰς, *in*. 17, 7. 52, 4. *per* ibid. 11. de tempore. 3, 13. de propinquitate loci, *coram*, *juxta*, *prope*, *an*. 3, 3. De origine h. vocab. conf. *Scheid* ad Lennep. Etym. p. 394.

Καταβαινω, *descendo*. 56, 12. de iis, qui ad Inferos descendunt.

Καταβρεμω. 6, 5. καταβρ. κ. πλ. θυρσοι, *baculus hederarum frondibus fremens*. Exquisitum epitheton, rei naturam optime exprimens. Hedera enim leviter concussa s. vibrata sonitum edit. Vid. quoque Schneider Anmerkk. p. 93. Ceterum pictura hæc suavissima ac vivida innuit morem veterum maxime Græcorum, qui in comessationibus hastas hedera implexas vibrantes saltabant. Conf. de hac re omnino *Schwarz* de comessatt. veterum. Altorf. 1744.

Καταβρεχω, *ungere*. 15, 6. de barba ungenda.

Καταγωγιον, ου, το. propr. *diversorium*, *hospitium*: i. e. locus amœnus. 22, 8. cum dilectu de fonte murmurante, et ad recumbendum invitante. Sic Propert. 1, 20, 10. vagi fluminis *hospitio*. Sed Græciæ tantum et Italiæ poëtæ ob calidiorem, in qua viverent, plagam ad recumbendum prope fontes invitare poterant. Nostri Poëtæ dum hoc imitantur, mores regionis et loci lædere videntur. Hesych. καταγωγη· οἰκημα. (*Degen.*)

Καταστεφω, *cingo*. 15, 8.

Κατασχιζω, *disrumpere*, *abrumpere*. 3, 9. exquisite et docte de turbatis somniis.

Κατερχομαι, *advenio*. 50, 4. præter opinionem Bacchus de cœlo descendisse videtur.

Κατεχω, *contineo*, *capio*. 59, 3. κατασχων (a κατασχω) a. 2. pro σχων κατα πτερων, *Amorem tenens alis*.

Καυμα, ατος, το. *æstus vini* et *amoris*. 21, 3. 8.

Καχαζω et καγχαζω, *effuse ridere*, *cachinnari*, quod ex καχαζω factum esse facile apparet. 3, 29. de exsiliente et gestiente Erote. Hesych. καχαζειν (sic enim ibi legendum pro καφαζειν) γελαν.

Κειμαι. 3, 5. *quiescere*. 4, 9. *jacere*: verb. proprium mortuorum et interfectorum. Bion. 1, 7. Tyrt. 1, 22. ubi vid. Klotz. et Harles. Eodem sensu Latini *jacere* ponunt. Burm. ad Phædr. 1, 24. Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 594. 3, 469. Deinde exquisite et apposite de potatoribus. 26, 5. 9., quoniam sæpe veluti extenti jacere solent. De dormientibus. 3, 5. De capillis. 29, 8. *libere pendo*.

Κεκερασμενος, v. κεραννυμι.

Κελαινος, η, ον. *niger*. 28, 17. Hes. κελαινη· μελαινα. Haud dubie non nisi dialecto a μελας μελαινα differt. Conf. Schneid. Lex. Gr. Crit. sub κελ.

Κελεβη, ης, ἡ. *poculum*. 57, 2. Hesych. κελεβη· ποτηριον εἰδος θερμηρον: conf. Casaub. ad Athen. pag. 193. Athenæus, qui hoc od. nobis servavit, de voc. κελεβη hæc dicit: ἀδηλον δε, ποιον εἰδος ἐστι ποτηριον, ἡ (παν ποτηριον.) Κελεβη καλειται ἀπο του χεειν εἰς αὐτο την λοιβην, ἡ το λειβειν τουτο δε ἐπι του ὑγρου συνηθως ἐταττον, ἀφ' οὑ λεγεται και ὁ λεβης.

Κελευω, *jubeo*. 7, 3.

Κεντρον, ου, (κεντεω·) το. *aculeus*. 40, 13. το κ. το της μ. observ. venustas in iterando articulo, Græcæ linguæ fere propria. Sic præ

aliis δεικτικως Græci loqui poterant.

Κεραννυμι, (κερω, κεραω, κερανω, κεραννω) *miscere, immiscere.* 29, 13. 41, 11. Hesych. κερασαι· μιξαι, ἑνωσαι, συναψαι. Sed videtur olim quoque forma κεραζω, vel κεραθω in usu fuisse, unde κεκερασμενος et κερασθεν. (*Degen.*) Νομους κερασσω, (pro κερασω). 48, 4. *leges immiscebo,* audacter pro κατα νομους κερασω, scil. οἰνον, *vinum secundum leges compotationis miscebo;* id est, tot partibus aquæ, quot misceri illud leges συμποσιαρχου jubent. (*Mœbius.*)

Κερας, ατος, το. proprie *cornu,* deinde *arcus.* 3, 31: Vel quia prisca ætate arcus ex cornibus fieri solebant: [Notus v. gr. est arcus Pandari ex binis cornibus capræ silvestris fabricatus. Hom. Il. δ, 105. sqq.] Vel ob similitudinem. Sic Latin. *cornu* sæpius pro *arcus* ponitur.

Κερδος, εος, το. *lucrum.* 39, 25.

Κηπος, ὁ, *hortus:* sed od. 62, 16. sensu obscœno, *arvum genitale, pudibunda Myrillæ.*

Κηρινος, η, ον. *cereus, e cera fictus.* 10, 1. de signo Cupidinis, quod juvenis vendebat.

Κηρος, ὁ, *cera, tabula cerea.* 28, 8.

Κηροτεχνης, ου, ὁ. *cerarius.* 10, 9.

Κισσος, ου, ὁ. 6, 5. κισσοι πλοκαμοι, *nexus hederacei;* audacter et docte, primum quod substant. pro adjectivo; deinde quod πλοκαμος *coma* pro hedera, eaque in coronam nexa, dictum est. Ceterum *coma* pro arborum foliis omnique pariter herba apud poëtas utriusque linguæ frequens est. Conf. 22, 3. De hac audacia vid. Tit. ad Nemes. 4, 23. et Harles ad Chrest. Lat. poët. pag. 159.

Κισσοστεφης, εος, ὁ, ἡ. *hedera coronatus.* 26, 5. de poëta potante; hedera enim sacra fuit Lyæo, et sic quoque poëtis propria. Hedera vero se coronare solitos esse poëtas vel ex illo Horatiano I, 1, 29. *me doctarum hederæ præmia frontium Dis miscent superis* (ubi vid. *Mitscherl.*) notum est. (*Degen.*) Convivæ caput coronis hederaceis circumdabant, ut æstum vini refrigerent. Itaque non quadrant quæ habet Degenius:—*Hedera enim sacra fuit Lyæo, et sic quoque poëtis propria.* (*Mœbius.*)

Κιχανω, *prehendere.* 44, 5. Hesych. κιχανειν· καταλαμβανειν.

Κλαδισκος, ου, ὁ. *ramulus.* 22, 4. dimin. a κλαδος.

Κλαρος, ου. 13, 5. proprie oppidum Colophoniorum in Ionia (Strab. lib. 14. pag. 951. Almelov.) unde Apollo *Clarius* dicitur, de quo copiosus est Spanhem. ad Callim. pag. m. 89. Nostro loco intelligitur fons ille famosus juxta Clarum, Apollini sacer, cujus potu (auct. Plin. H. N. lib. 2. pag. 121. ed. Harduin.) mira reddebantur oracula. Hujus fontis meminit etiam Scholiastes Apollonii in libr. I. v. 308.: cujus locus idcirco notari meretur, quia originem fontis memorat. En verba: Λεγεται δε και κρηνην ἀναβλυσαι ἀπο των δακρυων Μαντους (erat Tiresiæ filia, quæ vastationem patriæ ploraverat.) [Conf. *Potter's* Archæol. Græc.] κατα Κλαρον, και μαντειον ἐκει Ἀπολλωνος αὐτην καταστησαι. Tertullian. de anima cap. 50.: *Sed aut ebriosos reddit Lyncestarum aut lymphaticos efficit Colophonis scaturigo Dæmoniaca.* Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 28. *In hoc Adyto vaticinaturi plurimo mero sumto, ut apud Clarium aqua potata effantur Oracula.* Porphyrius epist. ad Anebonem: Ὡς των ἐξισταμενων ἐνιοι τινες αὐτων ἀκουοντες ἡ κυμβαλων, ἡ τυμπανων, ἡ τινος μελους ἐνθυσιωσιν, ὡς οἱ κοριβαντιζομενοι, και οἱ τῳ Σαβαζιῳ κα-

τοχοι, και οἱ μητριζοντες· ὁ δε ὑδωρ πιοντες, καθαπερ ὁ ἐν Κολοφωνι ἱερευς του κλαριου. Hæc sua manu adscripserat *Jablonsky* margini exempli sui, quod ego nunc possideo. Conf. in primis Tacit. An. 2, 54. (*Degen.*)

Κλημα, τος, το. *palmes.* 50, 9. *Vinum in palmitibus servans.*

Κλονεω. 31, 11. *quatere, concutere.* apte de Hercule furente, pharetram Iphiti quatiente. Hesych. διακλονων· διασειων.

Κλων, ἡ, *Palmes.* 37, 12.

Κοιλος, η, ον. *cavatus, profundus.* 17, 5. hoc epitheton, poculo additum, redundare sunt qui inique censeant.

Κοιμαω, *dormire facere alterum;* κοιμαομαι, *dormire facio me,* i. e. *dormio.* Conf. Küster de V. M. pag. 15. De columba in barbito Poëtæ dormiente. 9, 33. Optime de apicula, non quidem dormiente, sed tantum dormientis instar, in rosa cubante et mel sugente. 40, 2.

Κοιρανος, ὁ, *Dominus, magister.* 28, 3. De pictore in arte sua excellente.

Κοιτη, ης, ἡ. *lectus, cubile.* 23, 15. Cyrill. Lex. ms. κοιτη· ἡ ἡσυχια, ἡ στρωμνη.

Κολαζω, *punire.* vs. 34. *In mort. Adon.*

Κολυμβαω, *natare.* 37, 5. de anate in vernis undis natante.

Κομαω, propr. *comam alere.* 18, 17. ἀμπ. κομ. *vitis comata.* i. e. *foliis plena.* De virgine. 62, 12. *Matura est;* imagine ex arbore foliorum, et igitur succi plena, desumta. Vid. θαλλω.

Κομη, ἡ, *coma.* 11, 4. 6.

Κομιζω, *ferre, portare.* 9, 15. de columba poëtæ tabellaria. Atque columbas pullos adhuc foventes olim fuisse tabellarios testatur Æl. V. H. 9, 2. et Casaub. ad Athen. 9, 11. extr. 50, 6. *adferre.*

Κονις, ἡ, *pulvis.* 4, 10.

Κοπος, ου, ὁ. *labor,* et *defatigatio e labore.* 3, 5.

Κοπτω, propr. *scindere,* deinde *pulsare.* 3, 7. de Erote introituro foresque pulsante. Proprie locutus Poëta. *Introituri* enim κοπτουσι; *exituri,* qui necesse habebant manu fores percutere, ut, qui intraturi adstarent, cavere sibi possent, ψοφουσι. Ammon. κοπτει την θυραν ὁ ἐξωθεν, ψοφει δε, ὁ ἐσωθεν ἐξιων: ubi vid. *Valcken.* Adde *Bach* ad Xenoph. Sympos. pag. 118. et Fischer. Ind. ad Theophr.

Κορεομαι, (κορος) *satiari, inebriari.* 13, 10. Hesych. κορεσαι· πληρωσαι, χορτασαι. Ceterum notetur hic audacia quædam utriusque linguæ poëtis familiaris, quæ verbum, quod uni tantum substantivo conveniat, pluribus jungere solet. Copiosissime et optime de hac orationis forma egit *Dorville* ad Charit. pag. 394. sq. (*Degen.*) Non est quod, cum Degenio, putes, vocab. κορεσθεις uni substantivo, id est, Αναιῳ, convenire, quam opinionem temerariam etiam alii sequuti sunt. (*Mœbius.*)

Κορινθος, ον. 32, 10. *Corinthus,* hod. *Corinto,* urbs Achaiæ ad isthmum, olim locupletissima ac splendidissima, copia venustarum feminarum et meretricum celeberrima, (Conf. *Zeune* Animadvv. pag. 74.) ubi et Laïdem istam famosam habitasse notum est. De lascivia muliercularum Corinthiarum vid. Aristoph. Thesmoph. v. 665. Descriptionem hujus urbis dedit Strabo lib. 8. pag. 580. sq. ed. Almelov.

Κορυφη, ἡ, *vertex capitis, caput.* 53, 34.

Κορωνη, ης, ἡ, *cornix.* 9, 37. Cum cornice, quæ ob garrulitatem vel in proverbium abiit, se comparat columba. Sic Theocrit. 15, 87. (ubi v. Valcken.) loquax mulier cum turture comparatur.

Κουφος, η, ον. 12, 3. proprie *levis*, h. e. *celer*, uti quoque Latinorum *levis* pro *celer* sæpius (e. gr. Phæd. Fab. 1, 12, 8.) occurrit. Cum dilectu de hirundine, quam velocissime circumvolare constat. Optime Hesych. κουφος — ταχυς. Κουφα, pro κουφως, *petulanter*, *proterve*. 61, 10.

Κραδαινω, i. q. κραδαω, *vibrare*. 31, 14. de furente Ajace, Hectoris gladium vibrante. 45, 9. de Marte post reditum e pugna hastam vibrante. Hesych. κραδαινει· σειει, τινασσει; Suid. κραδαινων· σειων, δονων, σαλευων.

Κραδιη, ης, ἡ. (poët. pro καρδια, propr. *cor*) *anima*, *animus*, quia cor quasi sedes vitæ habenda est. 7, 7. κρ. ἀ. ἀν. *anima nares usque ascendit*, docte et eleganter dictum! Sensus est: *fere animus me linquebat*, ob summam anhelationem, quæ cum in primis in naribus sese exserat, animum ipsum illuc ascendisse poëta fingit. Copiose de hac idea poëtica disserit Schneider in Anmerkk. pag. 297. sq.

Κραντηρ, ηρος, ὁ. i. q. κραντης, κραντωρ (a κραινω) *qui aliquid efficit*, *conficit;* deinde, quia quasi numerum conficit et claudit, *genuinus;* denique poëtice pro ὀδους, *dens*. *In mortuum Adon*. vs. 32. Hesych. κραντηρες· ὀδοντες. αἱ ὑστερον φυομενοι, οἱ λεγομενοι σωφρονιστηρες. Conf. Pollux lib. 2, 93.

Κραντωρ, ὁ, *dominus*. 62, 2.

Κρας, ατος, το. *caput*. 4, 15. Hesych. κρατα· κεφαλην. Vid. Thom. Mag. p. 530. ibique interprett. De hoc vocabulo, quod Eustathius recentioris ævi censuit, conf. Faber ad h. l.

Κρατεω, *imperare*, *vincere*, cum genit. (subintell. ἐπι) 9, 10. de Bathyllo, qui amore sui omnes incendebat.

Κρεμαομαι, *pendeo*. 29, 17. ἀπ' ἐλπιδ. κρεμασθαι, *spe suspendi;* i. e. spem quidem habere, sed dubiam. Sic fere Lat. *expectatione suspendi*. Conf. Fisch. ad h. l.

Κρητη, ης. *Creta*, insula maris mediterranei, hodie *Candia*. 32, 22. Ibi ἁπαντ' ἐχουσης cum Barnesio de ubertate regionis omniumque rerum, quibus hæc insula abundavit, copia intelligo; ita ut simul puerorum puellarumque multitudo omnisque amoris materia comprehendatur. De effrenata Cretarum luxuria adi Serv. ad Virg. Æn. X. 523. et Heusing. ad Plut. de puer. educ. pag. 140. (*Degen.*)

Κρινον, ου, το. *lilium*. 51, 21. 34, 8. λευ. ῥοδ. κρ. πλ. *candida lilia rosaceis coronis implexa*. Suavissima et blandiens idea, qua facetus et amans Poëta canitiem suam delicatulæ et fugienti puellæ commendare voluit. Coloris autem suavitas a rosis liliis innexis ducitur. Hesych. κρινα· ἀνθη καλλιπνοα, εὐωδιαζοντα.

Κροταφος, ου, ὁ. *tempus*, *pars capitis*. 5, 4. 6, 1. 42, 6. κροτ. στεφ. ὑακ. ἀμφιπλ. *tempora cingere hyacintho*.

Κροτεω, *plaudere*, *plausu comprobare;* sed 52, 7. de laude Bacchi, quam celebrabant hymni torculatorum juvenum in vindemia. Hinc Oppian. Cyneg. 1, 127. de vindemiatore βοτρυν ἡμεριδων θλιβων ἐπιληνια χαιρει.

Κροτος, ου, ὁ. *saltatio*. 27, 8. Vid. D'Arnaud Animadvv. pag. 20. seqq.

Κρυος, εος, το. *frigus*. 3, 23. Hesych. κρυος· ῥιγος, ψυχος.

Κτανοντες, κτας. vid. v. sq.

Κτεινω, ab antiq. κταω, vel potius κτεω, *interficere*, *necare*. 31, 6. 7.

Κυαθος, ου, ὁ. *cyathus*, erat *vasculum figlinum*, *æneumve* (Pollux 10, 122.) *minusculum*, quo et vinum hauriebant, et ex quo bibebant. 57,

5. Hesych. κναθος· ἀντλητηριον.

Κυανεος, α, ον. *cæruleus.* 29, 11. Vid. Schneider Anm. pag. 245. sqq. qui copiose et docte de hoc voc. exponit; deinde omnino *niger, nigricans.* Fischero observante, indicatur color e nigro et cæruleo mistus. At Mœbio aliter videtur. *Nigerrimum* (inquit ille) sit *supercilium,* ut apud Homer. Il. A. 528. Hesych. κυανεος, μελας, σκοτινος, ad quem l. vid. Ruhnken. in emendatt. et Vossius ad Catull. pag. 218.

Κυβηβη. 13, 1. Cybelem hoc l. esse puellam, nondum inter Deas relatam, censet Bentleius in epist. ad *Gaconem* Francogallum, quam Brunck editioni suæ Anacreontis adjecit. Loc. cl. de Cybele est apud Lucret. 2, 597. sqq. De ejus cultu conf. in primis d. neue Deutsche Merkur 1806. St. 10.

Κυβευω, (κυβος) proprie, ut Xenoph. Mem. S. I, 2, 57. *tesseris ludere;* sed 15, 12. adhibetur pro παιζειν *ludere,* i. e. *hilarem esse,* quæ interpretatio et ingenio Anacreontis conveniens est, et auctoritate Hesychii firmatur, qui κυβευσαι exposuit παιξαι. (*Degen.*) Mœbius autem inquit—*regna vini tibi sortiere talis,* ut Horat. canit I, 4, 18. Nam veteres magistrum vini eligebant jactu talorum, qui leges convivii dare solebat. Sensus hujus loci videtur esse hic: *convivia celebra,* ubi cum aliis de imperio vini talorum jactu certandum. Vid. Fischer. et Raml. ad hunc locum, atque Mitsch. ad Horat. I, 4.

Κυβισταω, *in capite saltare.* 51, 28. Apposite de piscibus lætis, Venerem marinam natantem circumcingentibus.

Κυδαινω, *laudo, carmine celebro.* 62, 5.

Κυθηρη, ης. 5, 9. *Venus Cytherea,* a Cythera insula, ubi sanctissime colebatur.

Κυλιομαι, *volvi, rotari.* 4, 9. (κυλισθεις proprie pertinet ad formam κυλιδω, unde est κυλινδω, κυλινδεω) de celerrimo cursu rotarum, quocum vitæ fuga comparatur. Locis similibus summam et incredibilem celeritatem exprimentibus, quæ Harles ad h. l. collegit, adde *Gratium* Cyneg. v. 204. Hom. Hym. in Merc. v. 43. sqq.

Κυμα θαλασσης. 37, 3. docte et ornate *unda maris,* pro *mare.* Locutio Homerica.

Κυπαριττος, ὁ, *cupressus:* sed 62, 16. *membrum virile.*

Κυπελλον, ου, το. *poculum.* 31, 16. 38, 8. 18, 2. Hesych. κυπελλα· ποτηρια et κυπελλον· εἰδος ποτηριου αὑτου, ubi Casaub. et alii emendant διωτον.

Κυρτος, η, ον. *cavus, convexus,* i. e. *profundus, magnus.* 39, 21. (2°) *Curvus.* 51, 27. de choro piscium curvato Venerem natantem circumdante.

Κυω, *parere, fœtum edere.* 33, 16. Hesych. et Suid. κυει· ἐγκυμων ἐστι, γεννᾳ.

Κωμος, ου, ὁ. Od. 6. inscr. ubi κωμ. significare puto *carmen comessatorium,* quo simul comessationis descriptio contineatur. Sed ibid. v. 16. κωμ. est *comessatio* ipsa. Bene de hoc voc. egerunt Schneider in Lex. Gr. Crit. sub h. v. et Harles ad Anthol. Gr. p. 121. Conf. et Lennep Etym. p. 170. sq. ibique Hemsterhus. (*Degen.*)

Κωτιλος, η, ον, (de feminis et avibus,) *loquax, garrulus.* 12, 2. Bene de hirundine loquacissima avicula. Hesych. κωτιλη· λαλιστατη et κωτιλος· λαλος.

Κωφος, η, ον. (a κοπτω cædo, tundo) proprie *obtusus, hebes.* 42, 12. eleganter de irritis calumnia-

tricis linguæ telis: id est, de verbis quæ non vulnerant.

Λ.

Λαγωος, ὁ, idem quod λαγος, *lepus*. 2, 3.

Λαλεω, *loquor*. 28, 34. 29, 26.

Λαλος, ου, ὁ, ἡ. *loquax*: spiritu divino adflans. 13, 7. docte et audacter de aqua Clarii fontis, quia credebatur tribuere facultatem vaticinandi iis, qui eam bibissent. Conf. Κλαρος. Ceterum in πινειν ὑδωρ eadem loquendi ratio valet, quæ e. g. in πινειν αὔρας, οἶνον, θαλασσην, πομα Λυαιου etc. Hinc non opus est, cum quibusdam l. l. πιοντες construere cum genitivo. Leges linguæ et cum accusativo sibi constant. (*Degen.*) Non est, ut cum Fischero credas, scribi debuisse λαλον ὑδατος, quod dicitur, cum actio simplex indicatur. At Græci, quum consuetudinem actionis innuere vellent, accusativum ponebant, omisso articulo. Atque ille etiam hic omissus est, ut 19, 2. 3, 4:—qui quidem loci ne in censum quidem venire debent, quum improprie sumendi sint. Dicitur quidem πινειν τον οἶνον, et το πωμα Λυαιου; sed tum sermo est de *omni* vino, quod bibendum datur. Quare Degenius, utpote Fischerum refutaturus, aliam hujus loci (12, 2.) interpretandi inire debuit rationem. (*Mœbius.*)

Λαμβανω, (ab antiquo λαω et λαβω) (1°) *capere, accipere*. 10, 7. Verbum esse eorum, qui aliquid emunt, docuit jam *Fischeri* Ind. ad Theophr. (2°) Partic. λαβων, et infinit. λαβειν, vel verbo finito, vel alteri participio junctum, interdum quidem quodam modo redundare videtur, ut quidam asserunt linguæ periti, sed tamen rem et actionem magis definit. 12, 4. 59, 5. 39, 26. λαβων ἀποισω *fruar*: vid. Kypke Obss. s. Tom. 2. pag. 23. (3°) Signif. minus frequens h. v. 45, 13. ἐλαβεν βελεμνον *accepit hastam*, i. e. *vulneratus, sauciatus est hasta*. Conf. *Stroth* Chrest. Gr. ad h. l. et Die Neue Philol. Biblioth. P. 1. p. 291. ubi idem censor fuisse videtur. Aliam amplectuntur interpretationem minus probabilem Pauw et Bentleius. Conf. Schneider l. c. ad h. l. Hesych. βελεμνα· βελη.

Λαμπω, *splendere, nitere*. 37, 7. de sole, et universe de cœlo. Ceterum aoristus hoc l. obtinet potestatem præsentis, quæ enallage apud optimos auctores frequenter occurrit. Vid. Viger. p. 208. 215. ed. *Herm*. De splendore pulchritudinis. 62, 12. *Excellit venustate*.

Λεγω (a λεω, proprie *colligere;* quæ significatio in verbo Lat., *legere*, apud poëtas obvio superstes est; hinc verba colligere, et collecta, vel loquendo vel canendo, efferre. Conf. et Lennep Etym. pag. 482.) (1°) 1, 1. 16, 1. 53, 29. λεγειν, et ᾀδειν promiscue adhibetur pro *canere*. (2°) *Jubere*, ut et εἰπειν. 15, 15: vid. Periz. ad Æl. V. H. 14, 38, 1. Sed, 63, 3. quodam modo redundat.

Λειμων, ωνος, ὁ. *pratum*. 51, 10. λειμωνας sc. κατα βοσκ. *prata irrigua pasceris*. Thom. Mag. p. 571. expl. τοπος διυγρος ἀνθηραν ποαν ἔχων: ubi vid. Oud. Hes. ἀνθηρος τοπος.

Λειπω, *relinquo*. 56, 6. *Haud procul a morte absum*.

Λεληθοτως, *latenter*. 28, 16. τολ. (ita ut artic., quod sæpius fit, adverb. annectatur) συν. ἐχετω i. q. ἐχετω ὀφρυς λελ. συγκεχυμενας, *habeat supercilia suaviter et leviter juncta*.

Λεμνιος, α, ον. *Lemnius*, qui est ex Lemno, insula maris Ægei, hod.

Stalimene, ubi Vulcani officina fuisse credebatur.

Λεσβιος, α, ον, *qui est ex insula Lesbo.* Erat Lesbus insula Asiæ in mari Ægeo, nunc *Metileno*, feminarum venustate illustris, indeque Sappho oriunda. 32, 14.

Λευκοπους, οδος, ὁ, ἡ. *qui albos pedes habet.* 31, 5. "Λευκοπους quare vocetur Orestes nescio; nec facile, qui nos hoc doceat, invenietur. Vid. miscell. observatt. Vol. II. pag. 5." *Brunck.* in Anall. ad h. l. (*Degen.*) Fuerunt, qui censerent, Orestem ita vocari, quod persona Orestis albis cothurnis acta fuerit in Tragœdia, ita ut sensus esset:—*Orestes ille, qui tragicos tetigit cothurnos.* Conf. Ovid. Trist. II, 293. Forsitan Orestes λευκοπους dictus fuisse potuerit, respectu antiqui moris habito, secundum quem Heroës nudis pedibus incedebant. Conf. Vossii *Mythol. Briefe*, p. 107-135. (*Mœbius.*)

Ληθαιος, ου, ὁ. *Lethæus*, amnis Asiæ minoris, Ephesum et Magnesiam præterfluens. 60, 4. Vid. Strabo lib. 14. pag. 957. ed. Almelov. Ληθαιου διναι, *vortices Lethæi*, doctius et exquisitius quam Lethæus simpliciter. Hesych. δινη· συστροφη ὑδατων.

Ληνος, ου, ὁ. *torcular.* 17, 15. 52, 4. Hesych. ληνος· ὁπου σταφυλη πατειται.

Λης Dorice pro θελεις. 10, 7. non per aphæresin ex θελεις ortum, ut Grammatici vett. (e. gr. Schol. ad Call. Hymn. in Dian. v. 19.) somniant, sed potius, notante *Koën* ad Gregor. de dialect. pag. 115., a verbo Dorico λαω, λω, derivandum est. Hesych. λη· θελει et λω· θελω. Conf. et Lennep Etym. p. 520.

Λιγαινω (a λιγυς). 39, 3. 62, 4. i. q. μελπω *canere.* Hes. λιγαινει· ᾀδει et Suid. λιγαινων· ὑμνων, κηρυσσων.

Λιγυρος, α, ον. quod cum λιγαινω eandem habet stirpem, *canorus, liquidus.* 43, 14. λιγ. οἰμη, *liquida vox* (ut Hor. 1, 24, 3.) De voce canora cicadæ, cui Hom. Il. γ, 152. ὀπα λειριοεσσαν tribuit. Conf. Theocr. 7, 139. ibique Harl. Hesych. λιγυρον, ἡδυ, γλυκυ. idem etiam notat λιγυς, εια, υ. 6, 11.

Λιθος, ου, ὁ. *lapis, saxum, cippus, columella sepulcralis*, quæ et στηλη vocatur. 4, 11. 20, 2.

Λιπαρος, α, ον. *splendidus, nitidus*, i. e. *unguentis delibutus, odoratus.* 29, 3. de capillis nitidis: conf. 28, 9. Hesych. Λιπαρον· — στιλβον, εὐοδμον.

Λογιστης, ου, ὁ. proprie *computator.* 32, 6. ducta metaphora de calculis. Hesych. Λογιστης· κριτης, δοκιμαστης, ἐξεταστης.

Λογος. — Λογοι. 36, 3. bene jam observante Schneider, in Anmerkk. pag. 170. omnino *eruditionem, sapientiam* (nempe quatenus lingua sermone declaratur,) significat; uti etiam eruditi et sapientes simpliciter λογιοι dicuntur. Vid. Kypke observatt. s. Tom. II. pag. 94.

Λοιπον, *jam, posthac, in futurum.* 1, 10. Ἐπιῤῥημα *Suidas* vocat. Per ellipsin positum est. Plene dixeris κατα το λοιπον μερος vel διαστημα. Conf. L. Bos Ellips. pag. 195. ed. *Schweb.*

Λοξος, η, ον. *obliquus, limus.* 61, 2. (κατα) λοξον (pro λοξοις ὀμμασι βλεπειν,) *limis oculis spectare.* Solent hoc homines vel invidi, vel meticulosi et pavidi. Omnino ibi sermo est de puella meticulosa et amorem adhuc fugiente, non de femina, quæ alto supercilio amatores contemnit, id quod ex ultimis duobus versibus facile apparet.

Λουω, unde *luo, lavo.* 20, 10.

Λοχαω, *insidiari.* 52, 14. de juvene amante, puellæ cubanti et dormienti insidiante. Hesych. λοχα· θηρευει, λεληθοτως ἐνεδρευει.

Λοχευομαι, *partu edi.* 41, 7. Hesych. ἐλοχευθη· ἐγεννηθη, ἐγαμηθη.

Λοχευω, *parere, partu edere.* 53, 32. Hes. λοχευει· τικτει, γεννᾳ.

Λυγδινος, η, ον. *ex Lygdo confectus;* i. e. *candidus.* 28, 27. Ornate et apposite de collo amiculæ. *Lygdus* lapis est eximii candoris, in insula Paro repertus. Sic enim Schol. ad Pind. Nem. 4, 131. Παριος δε λιθος ἐστιν ὁ καλουμενος λυγδινος; et Hesych. Λυγδος (sic enim legendum pro mendosa scriptura λιγΑος, orta ex λιγΔος) λιθος. εἰς τα ζωδια ἡ ὁ Παριος, ubi vid. interprett. et *Potter's* Archæol. Græc.

Λυπα pro η, animi ægritudo. 41, 9.

Λυρη, ης. (Ionice pro α, ας) ἡ. *lyra.* 1, 11. 49, 1. Lyra proprie non apta fuit magnis rebus aut bellicis canendis, sed amoris tantum et vini lusibus; unde Horat. 1, 6. 10. 1. 15, 15. *imbellis lyra:* Interdum tamen, ut ex od. 1. et Hom. Il. ι, 189. (ubi v. *Clark.*) apparet, etiam heroum laudes ad eam canebantur.

Λυσιπημων, ονος, ὁ, ἡ. *curis animum liberans.* 30, 9. aptum Bacchi, i. e. vini, epitheton.

Λυσιφρων, ονος, ὁ, ἡ. *solvens mentem curis, lætitiæ dator.* 27, 2: dilectum Bacchi epitheton.

Λυσση, ἡ, *furor, insania.* 48, 6. *Modica insania, temperata,* de hilaritate ex vino parta.

Λυτρον, ου, το. (a λυω) *est pretium redemtionis.* 30, 5. Vid. Kypke Obss. s. T. I. pag. 107. Hes. λυτρα· καθαρματα, λυτηρια, και παντα τα διδομενα εἰς ἀνακτηρισιν ἀνθρωπων.

Λυχνος, ου, ὁ. *lampas, lucerna.* 3, 15. Qui differant λυχνος et λυχνιον docet Ammon. pag. 90. ubi vid. *Valckenaer.*

Λυω, act. (1°) *vincere, prosternere.* 14, 17. (2°) *Captivum dimittere, pretio accepto reddere redemtum.* 30, 7. λυσῃ unico verbo, in iis quæ ad pignora et debita pertinent, solemni, *redditurus* verti possit. Vid. Harles ad h. l. Λυομαι, med. *facere sibi solvi captivum,* i. e. *sibi redimere,* sive *dato pretio redimere.* 30, 6. Usum hujus verbi act. et med. omnium optime exposuit *Clark,* ad Hom. Il. α, 20., quam doctam observationem typis repetendam curavit *Wolle* in libr. de verb. med. pag. 240. seqq. ubi consul. interprett. pag. 93. 135. 210. Passive, *dissolvor.* 4, 10. Hesych. λυσομενος· λυτρωσομενος.

Λωτιναι ποιαι. 4, 2. — dictum quidem pro λωτος, sed doctius et elegantius. Intelligenda, ut interpretes monent, *lotus, sativa* s. *urbana,* planta Ægyptiaca, in palustribus Ægypti regionibus, ad Nili oras, nascens, cujus odor suavissimus est, et ex qua veteres sibi coronas nectere solebant. Sic puellæ (epithal. Helenæ Theocrit.) Helenæ sponsæ coronas lotinas nectere cupiunt. Plura de loto disputant Salmas. Exercitt. Plin. p. 728. sq. *Niclas* ad Cass. Bassi Geopon. Lips. 1781. p. 76. Vid. et Theophr. Hist. Plantt. l. 4. c. 10.

M.

Μαζοι, ων, οἱ. *mammæ.* 51, 17. de Venere, cui feminæ ex auctoritate Thom. Mag. p. 518. proprie μαστοι tribuendi sunt; sed addit idem grammaticus εὑρηται δε και μαζος ἐπι θηλεος, καταχρεστικως, ut etiam μαστος de viris. Ceterum μαζοι ῥοδεοι non tantum sunt mammæ pulchræ, sed ῥ. est epitheton exquisitum et blandius, suavem cutis virgineæ colorem, liliis quasi rosisque permixtum, indicans. Sic dicitur *cervix rosea* apud Latinos: Horat. I. 13, 2. Virgil. Æn. I. 402. ibique interpretes.

Μαιναδες, ων. proprie *feminæ*

furentes, sed 17, 14. *mulieres sacerdotes Bacchi et Cybeles*, a μαινεσθαι dictæ, quia furore quodam concitatæ vagabantur. V. Catull. 64, 21. sqq. In Cybeles enim et Bacchi sacris omnia ad furendi et insaniendi libidinem spectabant. Apte apud nostrum uvas decerpentes finguntur Mænades, quia ministræ Lyæi fuerunt. Mænadum effigies Montfaucon Antiq. expl. et Winkelmann Monim. ined. æri incidendas curarunt. Hesych. Μαιναδες· αἱ Βακχαι. At haud dubie, inquit Mœbius, universe loquitur Poëta de mulieribus lætis et furore quodam quasi concitatis.

Μαινομαι. 13, 12. 31, 3. 4. 9. etc. Notat quidem prima sua significatione *furere;* nostro autem loco, et sæpius, nihil notat aliud, nisi nimium quendam animi motum, ut amorem, hilaritatem et iram (vid. Drakenb. ad Sil. 6, 253.), quæ quasi ad furorem accedere videantur. Pari modo Latinorum *furor* et *furere* sæpius occurrunt. Μαινεσθαι apud Anacr. significare *ebrium saltare*, acute et copiose probare studet Zeune Animadvv. pag. 26. Sed hæc Zeunii opinio a Fischero refutatur. Μανεισα τεχνα. 51, 2. *ars insana* i. e. *divina*, a Deo aliquo quasi suggesta; i. e. præstantissima, cujus præstantia humanas vires excedere videtur. Causa denominationis ducitur a furentibus, quos a numine aliquo obsessos ætas prisca credebat.

Μακαριζω, *beatum prædicare*. 43, 1. blande et suaviter de felici cicadæ conditione. Frequenter quidem hoc v., ut et μακαρες de diis, qui beatissimi censebantur, adhibetur; sed tamen quoque hominum felicitatem declarat. Hesych. μακαριος· ὁ παντοτε ἐν ἀγαθῷ ὢν, εὐδαιμων.

Μαλακος, η, ον, *tener*, *mollis*. 22, 4. 52, 14.

Μαλλον, eleganter servit interdum correctioni, et notat *potius*. 12, 5. ἢ μαλλον, *seu potius*. Vid. Zeune Animadvv. p. 25. *Quam maxime*. 42, 8.

Μαργαρον, ου, το. *margarita*. 20, 14. docte de monili margaritis ornato.

Μαρναμαι, *pugnare*. 11, 11. proprie de pugna bellica. Sic sæpius apud Hom. et Tyrt. Hesych. μαρναται· μαχεται ἐν πολεμῳ.

Ματαια, adject. neutr. plur. poëtarum more pro ματην *frustra*, *temere*. 4, 12.

Ματην idem. 14, 18. 23, 8.

Μαχη, *pugna*. 14, 20. μαχαι παροινοι, *rixæ quæ inter pocula excitantur*. 42, 13.

Μαχομαι, *objurgare*, *conqueri*. 19, 6.

Μεθετε, v. μεθιημι.

Μεγα, pro μαλα, valde. 52, 7.

Μεθη, ης, ἡ. (Dorice, α, ας.) *ebrietas*. 27, 7. μεθ. ἐρ. *ebrietatem amans*. Hesych. μεθη· κραιπαλη, σκοτωσις οἴνου.

Μεθιημι, *missum facere*. 24, 5. *Remitto*. 3, 13. Hesych. μεθετε· ἐασετε με. 41, 16. *dimittere*.

Μεθυ, το. proprie *merum*, deinde omnino *vinum*. 4, 6. Hes. μεθυ· οἶνος.

Μεθυδοτης, ου, ὁ. *dator vini*. 27, 4. dilectum Bacchi epitheton, ut Tibull. 2, 3. 35. *jucundæ consitor uvæ*.

Μεθυω, propr. *merum* (μεθυ) *bibere*, hinc *ebrium esse*, ut explicat Bach ad Xenoph. Œcon. 12, 11. Sed 6, 3. docte dictum est pro πινειν *bibere;* scilicet, large bibere, ut Alcæus in Fr. νυν χρη μεθυσκειν.

Μελας, αινα, αν. *niger*. 28, 7. 29, 4. vertit Barnes. *nigricans*. Bene. Μελας enim ut *niger* omnes aliquanto colores nigros et obscuros significat. Interim tamen nihil impedit, quo minus capillos plane nigros, quos amabant veteres, max-

ime Græci, intelligas. Vid. Fr. *Junius* de pict. vett. l. 3. c. 9, 6. et Hadr. *Junius* de coma p. 575.

Μελει μοι — 15, 1. *juvat me, delector.* ibid. 5, 7. 9. *curæ mihi est.*

Μελημα, τος, το. 53, 9. 5, 7. *deliciæ, voluptas, desiderium.* Ramler. 5, 7. interpretatur *Sorge*, Græcam dicendi rationem male imitatus. Μελημα enim, et synon. μεριμνα, ut *cura* Latinorum, pro eo, cujus curam habemus, quod cupimus animoque versamus, poni solet. Optime Hesych. μελημνα· οὐτινος ἀν τις φροντιζοι, ἀγαπημα, ubi vid. *Alberti.* Virg. Eclog. 1, 58. tua *cura.* Add. Tib. 4, 11, 1. 3, 6, 29. et sæpius. De hac voc. *cura* significatione vid. *Burm.* ad Nemes. Cyneg. v. 58. et *Corte* ad Cic. ep. II, 16, 15.

Μελι, το, inde *mel.* 45, 6.

Μελιττα, ης, ἡ. *apicula.* 40, 2.

Μελιχρος, α, ον. *prædulcis.* 38, 9.

Μελλον, το, participium a μελλω, *futurum.* 41, 19. *unde scimus, quid futurum sit.* Ita fere. 15, 10. το αὑριον τις οἰδεν;

Μελος, το, *membrum.* 59, 6. *intus in corpore.*

Μελπω et μελπομαι, *cano.* 39, 15. 53, 2.

Μεμφις, *Memphis*, hodie *Giza.* 33, 5. fuit urbs Ægypti celeberrima et splendidissima, antequam Alexandria condita esset, regia Ægyptiorum, et hac regia facta, mansit nihilominus mos, ut reges ibi inaugurarentur. Docte et exquisite pro Ægypto ipsa. Locus classic. de laudatissima hac urbe est apud Strab. lib. 16. pag. 1161. ed. Almelov. Herodot. lib. 2. §. 162. Conf. et *Pocock's* Beschreib. des Morgenl. Tom. I. cap. 5. *Norden's* Beschreib. seiner Reise durch Ægypt. etc. Bresl. 1779. pag. 112.

Μεν, quidem. 33, 1. (1°) Ab initio orationis frequenter ponitur hæc particula, de qua elegantia vid. Harles Ind. ad Anthol. Gr. sub h. v. (2°) Interdum absolute adhibetur, ita ut δε nec sequatur nec intelligatur. 3, 16. Conf. Zeune ad Viger. pag. 537. ed. *Herm.*

Μενω, *manere, permanere.* 9, 20. 30, 8. Proprie loquutus est Poëta; est enim etiam verb. eorum, qui e servitio discedere nolunt.

Μεριμνα, ἡ. (a μερω, μεριω, μεριζω.) *cura, solicitudo*, quia curæ animum quasi dividunt, et (Ter. Andr. I, 5, 25.) *divorse* trahunt. Et poculis immiscere se cupiunt curæ illæ, sed fugantur a Baccho. 25, 1. 26, 2. Conf. et *Ilgen* ad Schol. Gr. p. 242. et Lennep Etym. p. 550. sq.

Μεροπες, ων, (a μεροψ) οἱ. *homines*, sic dicti, quia habent vocem articulatam. Vid. Fisch. ad 51, 25. 3, 4. Olim fuit adjectivum, et demum post Homeri tempora factum est substantivum. Conf. Ruhnk. Ep. Crit. I, pag. 85. Hesych. ἀνθρωποι· δια το μεμερισμενην ἐχειν την ὀπα, ἡγουν την φωνην. ubi vid. Alberti. Conf. Homer. Il. I, 250.

Μεσος, η, ον, *medius.* 14, 16. ubi hoc voc. per inversam construct. positum est, ita ut inter duo substantiva, cum proprie posteriori jungendum sit, eleganter ad præcedens referatur, posteriore in genitivum mutato, μεσος καρδιης μ. ε. pro μεσην καρδιην μ. ε. Sed illud exquisitius dictum est, atque rem agentem vividius exprimit. Conf. *Hoogev.* ad Viger. p. 111. ed. *Herm. Zeune* Animadvv. pag. 28. et interprett. ad Thom. Mag. p. 610. Ἐν μεσοισι, *coram omnibus*, pro *palam.* 38, 12. Μεσον αὐλακος, pro μεσην αὐλακα, scilicet κατα. 51, 20.

Μεσονυκτιος, ὁ, ἡ, *ad mediam noctem vergens.* 3, 1. Hoc vocabulum poëticum esse pronunciant, et in sermone pedestri damnant,

Phrynich. p. 16. et Thom. Magister, p. 609. Atque tam a poëtis quam a prosaicis adhiberi docuit Hoschel ad locum Phrynich. et Kypke Observ. s. Tom. I, p. 187.

Μεσοφρυον, ου, το. *intercilium, superciliorum interstitium.* 28, 13. Pollux, 2, 49. μεσοφρυον των ὀφρυων το μεσον, ὁ και μετωπον ὀνομαζομεν. Vide συνοφρυς.

Μετα cum genit. *cum, inter.* 52, 3. 23. *una cum.* 53, 1. *ad* 48, 7. Cum accus. *post,* i. e. *prope.* 29, 27. 39, 27. μετα παντα, *tandem. Tandem me manet mors.*

Μεταμαζιος, ου, ὁ, ἡ. *ad mammas pertingens.* 29, 30. μεταμαζιον sc. στηθος *pectus,* proprie ea pars pectoris, quæ ad mammas pertingit. Poëta vult ita eminere mamillas, ut inter eas pateat cavum, quod docet Fischerus. Hesych. expon. το μεταξυ των μαζων, ἡ ὑπερ των μαζων, ἡ το μετα (Ionice, pro προς) μαζων: vid. quoque Schol. ad Hom. Il. ε, 29.

Μετειμι, a μετεω, *accedere.* 6, 16. de Cupidine ad senum comessationes accedente. Deos interesse consuevisse, vel potius creditos fuisse coronis comessantium interesse, accurate docet *Schwarz* de comess. vett. pag. 19. Vid. et Fischer ad h. l.

Μετωπον, το, *frons.* 7, 9. 28, 12.

Μεχρι. 32, 15. μεχρι των Ἰωνων *ad Ionas usque;* Conf. de hac part. Zeune ad Vig. pag. 419. *Herm.*

Μη, *ne.* 34, 1. μη με φυγῃς, *ne me fugias.* Lyricum est, sic subito incipere et nos statim in mediam rem ducere, id quod molli ac faciliori Anacreontis musæ non repugnat.

Μηλον, ον, το. 29, 18. est *malum Cydonium,* scilicet *cotoneum.* Vid. quoque Barnes et Virg. Eclog. 2, 51. ibique Heyne. Comparatio mollis et teneræ genæ. Similiter fere Aristoph. Nub. 976.

Μηρος, ὁ, *femur.* 29, 32. *Femora Pollucis,* id est, *femora robusta et pulchra.* Femorum pulchritudine pictura *Pollucis* (*Castoris* fratris) eminebat. Juvenis formosissimus et pugil celeberrimus fuit, cum fratre inter Deos relatus.

Μηχος, εος, το. prop. *inventum,* deinde *consilium, remedium, via, ratio expediendi ex molestiis.* 33, 17. *Quid de me fiet? Unde mihi salus? Gravor enim, tot amores clamando exigere.* Conf. Theocrit. Eidyl. 2, 95. Hesych. μηχος· μηχανη.

Μιμουμαι, *imitari.* 38, 18. ubi ἐν μεσ. χορ. est, *saltabo coram omnibus,* ita ut ab omnibus conspici possim. Vide Dorvill. ad Charit. pag. 547. ubi quoque noster l. excitatur.

Μισγω, (μιω, μιγω, μιγσω, μισγω) *miscere.* 5, 2. 28, 14. 23. 41, 13. 45. Verbum Latinum inde ductum esse apparet.

Μισθος, ὁ, *præmium.* 29, 42.

Μιτραι πολυανθεμοι, *coronæ e variis floribus contextæ.* 57, 2. Μιτρα proprie *diadema, fascia.* Hesych. μιτρα· — διαδημα — ταινια, et Etym. M. quod laudat ad h. l. Fischer, μιτραι· κυριως οἱ ἀπο φασκιων και ὡαριων (leg. ὡραριων) γινομενοι στεφανοι· ἐν καταχρησει δε πας στεφανος μιτρα λεγεται.

Μοιρη, η, ἡ. (Ionice, pro α, ας.) propr. *pars, portio;* deinde *sors,* unde *fortuna* et *secunda* et *adversa;* et tandem μοιραι *Parcæ,* et μοιρα, *mors.* 11, 11. τα μοιρης dictum eleganter pro ἡ μοιρα; subintellig. νομιζομενα, aut simile quid; *mors ipsa.*

Μολεω, *remigrare, redire.* 33, 2. de hirundine remigrante. Est vocab. poët. Hesych. μολουσα· πορευομενη, ἡ πορευθεισα item μολειν·

ἐρχεσθαι, τρεχειν, ἐλθειν, δρομειν, it. μολων· χωρων, ἐλθων.

Μολπη, ης, ἡ. (a μελπω) *lusus.* 41, 4. ὁλαι μολπαι, ubi Zeune putat, rem non tetigisse Pauw, qui intelligit *cantilenas*, quæ numeris suis constent et tota canantur; ipse vero interpretatur *cantilenas cum tripudio.* Non opus est. Μολπ. ὁλ. sunt omnino *carmina integra*, quæ potores ad pocula decantant. Bene Hesych. μολπαι· ὑμνοι, ᾠδαι item μολπη· ᾠδη, παιδεια, ὑμνος, ᾆσμα.

Μολυβδος, ου, ὁ. *plumbum.* 44, 3. De varia h. v. scribendi ratione vid. Piers. ad Mœrid. sub h. v.

Μονον, *tantum:* et μουνον, metri causa, 1, 4: ubi tamen adjectivum positum occurrit pro adverbio, ut sæpe, ex. gr. 1, 12. 51, 11.

Μονοω (a μονος). 8, 13. μεμονωμενος, *desolatus*, apposite de poëta post fugam dulcissimi φαντασματος e somno excito. Hesych. μεμονωμενος· ἐγκαταλελειμενος.

Μουσα, ἡ. Jovis et Mnemosynes filia, et Dea poëseos ac musices, *Musa.* 39, 3. 43, 12. 49, 2. 53, 10. *Amant cicadam Musæ*, (43, 12.) id est, cicada grata est Musis, ob cantus suavitatem et præstantiam.—*Rosa gratus est flos Musarum* (53, 10.) vel propter odoris fragrantiam, vel, quatenus iis sacra est, ita ut caput redimiant rosis.—Deinde (49, 2.) *Carmen Lyricum.*—*Musa* omnino orta videtur ex ingenio illo sublimiore, quo maxime poëtæ ad fingendas res novas et inauditas concitantur. Atque et ad res ex prisca ætate repetendas poëtarum animos stimulare Musa solebat. Vis illa fingendi et imaginandi divinior, temporis successu, ad mores hominum antiquissimorum fiebat numen singulare. Homeri ætate plures jam exstabant Musæ, quæ singulas artes quasi regerent. Plura dedit *Heyne* in opere splendido: *Homer nach Antiken gezeichnet* etc. Gött. 1801. Fol. P. I. p. 15. sqq.

Μυθος, ου, ὁ. *verbum*, deinde *fictio, fabula.* 53, 9. μυθους dicit Poëta carmina, quia fingendo fiunt et fictiones continent; μελ. μυθοις, *a poëtis etiam celebratur rosa.*

Μυριζω, *inungere.* 4, 11. de columella sepulcrali. Respexit ibi Poëta ad morem veterum inungendi lapides sepulcrales odoribus et unguentis, et ad libationes diis manibus identidem factas. Vid. Harles et Fisch. ad h. l. et Kirchm. de Fun. Rom. 4, 2.

Μυρον, ου, το. *unguentum.* 13, 10. 20, 11. Sed 9, 3. μυρα sunt *odores unguentis exhalati.* Proprie μυρον est unguentum e variis odoribus mixtum; deinde (vid. Casaub. ad Athen. pag. 379.) de omni unguenti genere adhibetur. Unguentum simplex dicitur ἐλαιον. Vid. copiosissime disserentem Spanhem. ad Call. Hymn. in Apoll. v. 39. μυρου πν. τρ. *capilli odorati* scilicet, *unguenta olentes*, quos amatores in amiculis vehementer amabant. 28, 9.

Μυρσινη, ης, ἡ. *myrtus.* 4, 1. μυρσιναι sunt *frondes myrtaceæ*, quibus veteres, ob singularem odoris suavitatem, cubantes bibere solebant. In primis myrtus Ægyptiaca, auctore Plinio, ob suavem dulcemque odorem celebris erat. Rem ipsam populis incultis barbaris hodie adhuc in more esse, dixi in interpretatione vernac. ad h. l. (*Degen.*) Vide Voss. ad Virgil. Eclog. 7, 6. 62.

Μυστις, ιδος, ἡ. (a μυω) proprie est *Sacris initiata.* Oppos. ἀτελεστη Callim. Hymn. in Cer. 129. ibique Spanh. Suaviter et exquisite 18,

12. de Venere sacerdote et matre (Hor. I, 19, 1.) amorum. Hesych. μυστις· μεμνημενη.

Μυχος, ου, ὁ. *locus profundissimus, recessus Tartari profundissimus.* 56, 10. Hesych. μυχοι· — οἱ ἐνδοτατοι και ἀποκρυφοι τοποι.

N.

Ναμα Βρομ. 37, 12. *succus*, aut metonym. *Bacchi humor*, i. e. *vinum* pro *vitis*. Brunck ad h. l. inquit:—quomodo explicari debeat h. versus divinare nequeo; nec forte dixerit ipse auctor, siquidem sic reliquit scriptum.

Ναρθηξ, ηκος, ὁ. *ferula* levis, ob id gestatu facilior, baculorumque usum senectuti præbens. Bene Hesych. ναρθηξ. — εἶδος φυτου καλαμοειδους, ἐλαφρου. Gestabant eam Bacchi in Dionysiis. 38, 5. ubi supplendum μοι, quod idem ac τι μοι του ναρθηκος; Conf. Voss. ad Virg. Eclog. 10. p. 513.

Ναυς, plur. αἱ νηες, *copiæ navales*. 16, 5.

Νειλος, ου, ὁ. *Nilus*, fluvius Ægypti nobilissimus, quotannis bis exundans et terram istam irrigans, ex ignotis scaturiginibus proruens, mediam Ægyptum perfluens, septem ostiis in mare mediterraneum labitur. 33, 5. Hoc loco, ubi ante Νειλ. suppleri debet ἐπι, docte et eleganter Ægyptum ipsam significat.

Νεκρος, *mortuus*. 53, 25. vide ἀμυνω.

Νεκταρ, το. 53, 40. Nectar rubrum colorem, æque ac suavem odorem et immortalitatem illam, a Poëta decantatam, rosæ tribuisse puta! Egregium et lepidum Phantasma! (*Mœbius.*)

Νεος, *juvenis*. 47, 2. ubi adjectivi munere fungitur, ut sæpius etiam γερων.

Νεοθηλης, εος, ὁ, ἡ. proprie *nuper virens, pullulans*, i. e. in genere *florens*. 42, 15. νεοθηλ. κουραι, *puellæ adolescentulæ*, quarum ætatem poëtæ floribus comparare solent. Hesych. νεοθηλης· νεωστι βλαστησασα: it. νεοθαλης· νεωστι ἀνθων.

Νεοτης, *juventus*. 53, 28. *Odorem juvenilem*, id est, gratum, *solet habere*, quæ est vis aoristi 2.

Νερτεροι, pro ἐνερτεροι, *inferiores, mortui* oppos. *superioribus, vivis*. 4, 17.

Νευρη, ης, ἡ. *nervus, quo arcus intenditur*. 3, 26. Hesych. νευρα· τον πεταμενον νευρον, ἡ τον τοξον.

Νευρον, ου, το. proprie *nervus arcus*, quo sagitta impellitur. Sed 1, 5. sunt νευρα, *fides lyræ*, ob similitudinem.

Νεφελη, ἡ, 37, 8. σκιαι νεφελων idem quod νεφεα σκιοεντα, ap. Homer. Iliad. 5, 525. *Nubes umbrosæ, atræ.*

Νηδυς, υος, ἡ. *venter*. 29, 33. de ventre Bacchi venustissimi dei; de cujus pulchritudine quædam disserit *Winkelmann* in Gesch. der Kunst. Wien 1776. pag. 284. sq. Venustissimas Bacchi effigies exhibent Pittur. antich. d'Ercolano T. II. tab. 16. Tom. III. tab. 2. et Montfauc. Antiq. Expliq. T. II. in primis statuæ Musei Florent. et Mus. Ducis d'Orleans. T. I. Adde August. Dresdense. Vol. I. 3. n. 25. 26. Suid. νηδυς· γαστηρ et Hesych. νηδυος· γαστρος, κοιλιας.

Νηκτον, το. 2, 5. pro νηχεσθαι, i. e. *natandi facultas*; unde quoque aquatilia dicuntur νηκτα.

Νηλεως, *dure, crudeliter*. 61, 3. Hesych. expl. δεινως, ἀναιδως, και τα ὁμοια.

Νησσα, ης, ἡ. *anas*. 37, 5.

Νικαω, *vinco, supero*. 2, 13.

Νιν, poët. pro αὑτην, *illam, ipsam*. 52, 9. Dores etiam adhibent pro

αὐτον, αὐτας. etc. Vid. *Maittaire* de dialect. p 197. 198.

Νοημα, τος, το. *mens, ingenium.* 14, 3. Vid. quoque ἀβουλος.

Νομοι, leges, docte pro *scientia juris.* 36, 1. De νομοις, i. e. carminibus modulatis, quæ erant hymni in deos, seu cantilenæ certis legibus adstrictæ, conf. Harl. ad Aristot. de A. P. pag. 12. et Nessel. ad Herod. 2, 79. Νομοι et θεσμοι 48, 2. sunt leges, quæ in poculis servandæ erant, et νομους κερασαι ibi notat *miscere vinum tot partibus aquæ*, quot misceri illud leges compotationis jubebant. Conf. Fisch. ad h. l. *Leges*, quas observant amantes, mores amantium, 49. 8.

Νουσος, idem quod νοσος, metri causa, *morbus, valetudo mala.* 15, 15.

Νυξ, *nox.* 8, 1. 3, 13.

Νωτον, ου, το. *dorsum, tergum, tota pars corporis aversa.* 29, 39. Vett. Grammatici (Mœr. pag. 267. Th. M. pag. 237. Phrynich. pag. 126.) νωτα et το νωτον melius dictum esse, quam νωτος et τους νωτους contendunt. Sed observant interprett., et bonos auctores hanc regulam neglexisse. ἐπι νωτα της θαλ. 51, 4. (quæ loquutio frequens apud Homerum occurrit, e. g. Il. β, 159. Od. γ, 142.) poët. pro ἐπανω της θαλασσης, *super mari.* Hesych. νωτα θαλασσης· την ἐπιφανειαν αὐτης. ἡ τα πελαγη.

Ξ.

Ξενος, ον. (1°) proprie *peregrinus*, deinde, ut Latini, *hospes*, vel etiam pro φιλος *amicus*, 3, 30. (2°) *novus, inusitatus.* 18, 8. Alii, *ineptus, odiosus.*

Ξυλοχος, ον, ὁ, ἡ. *arboribus consitus, frutetis obsessus, mons sylvosus.* 7, 5. Hesych. ξυλοχος· συν- *Anac.* δενδρος τοπος και ξυλωδης, ubi vid. *Alberti.*

O.

Ὁ, ἡ, το. (1°) τα Θηβης, *bellum Thebanum.* 16, 1. neutro enim plurali articuli genitivus substantivi junctus substantivum ipsum denotat. (2°) Artic. præpos. cum genitivo nominis proprii involvit substantivum υἱος, aut θυγατηρ. 20, 1. ἡ Ταντάλου, sc. θυγατηρ, *Tantali filia.* Vid. L. Bos ellips. p. 349. ed. Schw. *Etiam cum adverbio*, τα νυν, pro νυν. *Occurrit usu Homerico* pro τουτο, ἐκεινο. 53, 4. 5. 9. 24. Reperitur τοδ' αὐτο, *hoc ipsum*, scilicet ῥοδον. *Cum accusativo adjectivi pro adverbio*, τα τερπνα pro τερπνως. 11, 10. Τα μεν—τα δε, *partim—partim.* 29, 4. 5. ubi vulgo μερη subaudiunt.

Ὀδευω, *migrare, abire.* 37, 6. de grue, cujusmodi avium genus verno tempore gregatim volat, e frigidioribus locis in calidiora migrans. Vid. Æl. H. A. 3, 13. Hesych. ὁδευει· ἀπερχεται.

Ὀδους, οντος ὁ, *dens.* 2, 4. 56, 4.

Ὀδυναομαι, *cruciari, angi.* 41, 18. Videtur proprie dici de dolore, qui ex tumore corporis oritur. Conf. Lennep Etym., p. 638. Hesych. ὀδυνη· λυπη, ταπεινωσις παρα ἀλλοτριων, ἡ ἀλγιδων.

Ὀζω, *oleo*, cum Genitivo. 63, 13. *Labia olebant vinum.* 63, 8.

Οἱ poët. pro αὐτῳ, *illi, ipsi.* 10, 3.

Οἷα poët. pro οἷον, subintell. κατα, *sicuti.* 4, 7. 28, 24. Hesych. οἷα· ὡσπερ, καθαπερ. De vario h. part. usu conf. Viger. 123. ed. H. ibique Z. et Hoog. de part. pag. 605. ed. Sch. sec.

Οἶμη, ἡ, proprie *via, semita;* deinde *cantus.* 43, 14. Idem quod ὀμφα. 6, 16. Vid. Matthæi ad

Hymn. Homer. p. 292. Ed. I.

Οἶνος, *vinum.* 57, 9. παρ' οἴνῳ, *inter vina.*

Ὀϊστος, ου, ὁ. *sagitta, missile.* 14, 13. Hesych. ὀϊστος· — βελος.

Οἶστρος, ου, ὁ. *tabanus, asilus.* 3, 28. Hesych. οἶστρος· — — και εἶδος πτηνου, ὑφ' οὗ κεντιζομεναι αἱ βους σκιρτωσιν, ὁ Μυωψ καλειται. Vid. de hoc πτηνῳ Æl. H. N. 1, 51. et Heyne ad Virg. Georg. 3, 148. Græcis generatim est μυωψ, agricolæ autem Romano *tabanus:* Varro 2, 5. Plin. 11, 18. Hodiernis Italiæ incolis *asillo, tafano,* nominatus; qui *asper, acerba sonans,* canente Virgilio, stimulo suo furorem injicit armentis.—Amor confertur *asilo,* utpote poëtam telis suis ita feriens, ut furore amoris corripiatur. 3, 28.

Ὀλιγος, η, ον, *paucus, exiguus.* 4, 9. 28, 32.

Ὀλλυμι, *perdere, cædere.* 16, 4. ubi ὠλεσεν ducitur ab ὀλεω; fuit enim ὀλω, ὀλεω, ὀλνω, ὀλλυω, ὀλλυμι. *Perii.* 40, 8. 9.—*Perdimur,* conficimur ægritudine animi. 46, 13.

Ὀλολυζω, *ululare, ejulare.* 40, 5. verbum, quod rem, quam significat, jam sono exprimit, et puerulum vehementi ejulatu punctum apiculæ querentem bene describit. Gravius est atque exquisitius Theocriteo ἀλγεε. Bene Hesych. ὀλολυγη· ποια φωνη, λυπηρα, ὀδυνην καρδιας ἀσημῳ τινι φθογγῳ παριστωσα.

Ὅλος, η, ον, *totus.* 32, 4. *integer, plenus.* 28, 10. 41, 4.

Ὁμιλος, ου, ὁ. (ὁμος vel ὁμου et ἵλος, turba) *turba, cœtus.* 53, 39. 54, 1. de cœtu deorum et corona juvenum.

Ὄμμα, τος, το. *oculus.* Voc. poët. (a præt. pass. verbi ὀπω, ὀπτω) 16, 7. λοξον ὀμμασι βλεπειν, *limis oculis spectare.* 61, 2. Hesych. λοξος· πλαγιος, ἐπικαμπης.

Ὅμοιος, α, ον, *similis.* 43, 18.

Ὁμοτροπος, ου, ὁ, ἡ. *similis, iisdem moribus præditus.* 41, 5. de Baccho, qui sicut Amor homines ad celebranda Veneris sacra impellit.

Ὁμου, adv. *prope.* 17, 15. Hesych. ὁμου· ἐγγυς.

Ὀμφα, ας (Dorice, pro η, ης.) ἡ. proprie notat *vocem divinam,* responsum, quod dedit oraculum consulentibus. Hesych. ὀμφη· φωνη θεια, κληδων θεια; deinde *vox dulcis.* 6, 11.

Ὅμως, *tamen.* 10, 8.

Ὄναρ, το, *somnium.* Ὄναρ, i. e. ἐν ὑπνοις, κατ' ὄναρ, *per quietem, per somnum.* 44, 1. 6. 63, 3. Damnant Suid. et Thom. M. locutionem κατ' ὄναρ, et ὄναρ seu ὑπαρ tantum dicendum esse contendunt. Sed non animadvertunt, ὄναρ et κατ' ὄναρ differre, ita, ut illud notet *per quietem,* hoc *somnii monitu.* Vid. quoque *Oudend.* ad Thom. M. pag. 650. Fischero observante, κατ' ὄναρ est—*monitu somni,* et ονα ρ—*in somniis.* 63, 3.

Ὄνειρον, ου, το. *somnium.* 12, 8.

Ὄνειρος, ου, ὁ. *somnium.* 3, 9. De superstitiosa vett. erga somnia religione copiosus est Harles ad Anthol. gr. pag. 132. et Schwebel ad Mosch. 2, 5. De interpretatione h. v. grammat. conf. Ammon. pag. 139. et Valckenaer Animadd. pag. 217. sq.

Ὀξυς, εια, υ. 7, 4. *rapidus, vehemens, celeriter fluens.* Exquisitum epitheton torrentis. Laudat Fischer Græv. ad Hesiod. Opp. 414. Nimirum, quidquid vehemens est et acre, quidquid penetrat et vehementer lædit, id omnino vocatur ὀξυ. Hes. ὀξυς· ταχυς.

Ὀπλη, ης, ἡ. *ungula.* 2, 2. proprium equorum aliorumque quadrupedum. Hes. ὀπλη· ὀνυξ κτηνους,

— ἡ χηλη. et ὁπλαι· αἱ πυξιδες ἡ ὀνυχες ἱππων, και ἑτερων κτηνων. Vid. quoque Pollux lib. 1. pag. 122. sq. ed. Hemsterhus.

Ὁπλιζω, sc. ἐμαυτον, (ab ὁπλω) *armare se, arma capessere.* 26, 7. ut 1 Petr. 4, 1. Activa enim per se vim medii non habent, sed intelligitur pronomen reciprocum. Proprie notat ὁπλιζειν quocunque modo se ad aliquid parare; e. gr. ad convivandum, ad cœnandum, ad saltandum, ad pugnandum, ad vehendum curru, etc., qua significatione illud verbum, uti et ἐφοπλιζειν, apud Homerum sæpius occurrit. Conf. Il. δ, 344. λ, 86. ω, 190. Od. ι, 344. ψ, 143. Hinc, apud eundem, ὁπλα νηων. Od. 6, 268.

Ὁποια, *sicut.* 29, 18. ut οἱα. 28, 24.

Ὁποσος, η, ον, *quicunque.* 43, 6. 7. 10, 7.

Ὁποταν, *quando, si.* 42, 3.

Ὁπου, *quo loco, ubi.* 32, 13. 22.

Ὁπωρα, ας, ἡ. in genere quicunque temporis θερος sequentis, i. e. quasi posterioris æstatis proventus, hinc sæpius fructuum, e. g. *poma, uvæ,* quæ, auct. Hesych., propria est h. v. significatio, ὁπωρα· θερος, και το μετοπωρον. Κυριως δε, ἡ σταφυλη. 50, 8. οἰνος ὀπ' πεπεδημ. est *vinum uvis inclusum.* Conf. Schn. ad h. l. ejusque Krit. Wörterb. s. h. v. (*Degen.*) Ὁπωρα, *anni tempus,* inde ab ortu Sirii, die 18. mensis *Julii,*—usque ad occasum *Pleiadum,* die 11. mensis Novembris, fere durans, ita ut de autumno, qui nunc dicitur, cogitandum non sit. Quare Sirius Homero appellabatur ἀστηρ ὁπωρινος, utpote κατ' ὁπωρης (hoc est, æstate exeunte, Græcis θερος dicta) oriens. Conf. Heyne ad Homer. Iliad. v, 8. xxii, 25.; eosque locos, quos ad hunc locum excitavit. Vide quoque Voss. ad Virgil. Georg. 3, 479.—Ὁπωρα quoque denotat *quosvis fructus* intra hoc temporis spatium provenientes, inprimis *uvas.* In 50, 8. et 54, 10. *Liquor fructus Dionysii,* id est, *uvæ.* (*Mœbius.*)

Ὁπως, *quomodo, quemadmodum.* Ducitur a πως, ut vim relativam accipiat, eodem modo ut ὁποτε a ποτε etc. Propterea quoque adhibetur in comparationibus, et respondet partic. οὑτως aut τροπον, sive positis sive intellectis. 14, 9. ὁπως Ἀχ. Ὁπως sæpius notat i. q. ἱνα, vel ἱνα οὑτως, sequente *conjunctivo, ut, hoc modo;* ut 10, 8. Eandem quoque potestatem obtinet. 20, 6. 8. 10. 12. 16. 57, 2. 48, 5. Ponitur pro ὁτι, cum *indicativo,* ut 34, 7. Cf. de hac part. in primis Hoog. de Partt. p. 426. sq. ed. Sch. sec.

Ὀρεστης, ου. 31, 6. *Orestes,* Agamemnonis regis Mycænarum et Clytæmnestræ filius, patris sui mortem exsequens cum amicissimo Pylade noctu Ægysthum et adulteram matrem occidit. Sed bonus Orestes exagitabatur tam furiis quam spectris occisæ matris, facibus armatæ ac incinctæ colubris, donec adiit terram Tauricam, indeque de templo signum Dianæ Argos attulit, ex quo tempore finis fieret malorum. Conf. Hygin. fab. 119. 120. ibique *Stav.* Fabulam ipsam uberius persequutus est Euripides in *Oreste.*

Ὁραω, *video.* 9, 25. ubi omittitur ὡς, ut Latinorum *ut.*

Ὁρμαθος, ου, ὁ. proprie est *series rerum plurium, quovis modo inter se nexarum;* sic adhibetur v. gr. de vespertilionibus serie catenata pendentibus. Hom. Od. ω, 8. ubi v. *Clark.* Deinde dicitur de *numero et multitudine cujusvis rei magna et continente.* 32, 11. ὁρμαθος· χορος, στιχος. Conf. Fisch. Ind. Theophr.

Ὄρνις, ὁ, *avis*. 20, 3.

Ὄρνεον, το, *avis*, 2, 6.

Ὄρος, το, *mons*. 9, 22: et, metri causa, ουρος. 13, 3.

Ὅσος, η, ον, *quantus*. 41, 25. metri causa, ὁσσον. 29, 42. Ὁσῳ πελας, *quo propius*, scilicet mors immineat. 11, 11.

Ὀστεον, το, *os, ossis*. 4, 10.

Ὅταν, *quando*, cum conjunctivo. 25, 1. 49, 10. Ὅτε, idem quod Ὅταν.

Ὅτι, *quod, quia*. 29, 39. 34, 3.

Οὐ, *non*: οὐ τι που, *neutiquam*. 23, 6.

Ὄφις, ὁ, *serpens*. 40, 10.

Ὀφρυς, ὁ, *supercilium*. 29, 10.

Ὀχεομαι, *vehor*. 51, 23.

Ὀχευς, εως, ὁ. *vectis, obex*. 3, 7. ὀχηας (Ionice) θυρ. eleganter et docte pro simpl. θυρας.

Ὀχθη, ης, ἡ. (1°) *ripa*. 13, 5. de Clario fonte, ut vitaret poëta ambiguitatem. Ὀχθη hic tribuitur fonti, quod rarius est: vid. Faber ad h. l. et *Oudendorp* ad Thom. M. p. 667. Hes. ὀχθη· χειλος ποταμου: sic et Ammon. (2°) *mons, collis*. 20, 2. quia cum ὀχθος eandem stirpem habet. Inde, quanquam vocc. ὀχθη et ὀχθος differre contendunt Grammatici, tamen non tantum poëtæ, sed et prosaici auctores illa promiscue adhibere solent. Conf. Brunck ad h. l. et Schn. Krit. Wörterb. s. h. v. De re vid. *Ovid*. Metam. 6, 311. Hygin. fab. pag. 33. *Staver*. Haud dubie poëta ad fabulam, Nioben in monte Sipylo lapideam esse factam, allusit.

Π.

Παιζω, *ludere*. 24, 8. 41, 22. 11, 10. proprie de ludis puerorum, deinde omnino de ludis et jocis hominum lætorum, (conf. Hom. Od. 6, 100.) in primis vero amantium, usurpatur, ut Lat. *ludere*. τα τερπνα (poët. pro τερπνως) παιζειν, *jucunde ludere*, id est, *compotare, et amori ludum dare*. Ibid. v. 9. ante μαλλον suppl. τοσουτῳ, et post ὁσῳ μαλλον *quanto propior*, (ei sit) uti quoque Latini loqui solent. De piscibus Venerem in undis natantem ludentibus. 51, 29.

Παις (ὁ et ἡ) Πανδιονος. 20, 3. 4. est *Procne vulgo in hirundinem conversa*. Veteres auctores mire dissentiunt in hac fabula: vid. Hygin. fab. 45. p. 109. ibique Munker et Stav.

Παλαμη, ης, ἡ. (a παλω, παλαω) *palma*. 3, 20. Voc. Lat. *palma* inde ductum.

Πανοπλια, ας, ἡ. *armatura*. 17, 3. Comprehenditur hoc voc. universus armorum apparatus, *lorica, clypeus, galea, hasta, ensis*, etc. Conf. Æl. V. H. 3, 24. Optime Schol. Aristoph. Dorvill. ad Plut. 952. πανοπλια ἡ των ὁπλων παντων διασκευη. Conf. Schneid. ad h. l.

Παντορεκτης, (Dorice ας) ου, ὁ. 10, 11. Alberti ad Hesych. Tom. II. pag. 183. haud dubie ad πας et ῥεξω respiciens, h. l. exponendum jubet *omnia efficiens*, i. e. *audax*. Sed melius, puto, illud vocabulum duci possit a παντος et ὀρεγομαι; et tunc παντορεκτης est proprie, *qui se versus omnia petendi causa porrigit*, (ut v. g. Hector. Il. ζ, 466. οὐ παιδος ὀρεξατο) i. e. *omnia appetens, insatiabilis. Barth* interpretatur (in strictt. aliquot 1777) *qui omnes occupat, omnes ad amores trahit et impellit*.

Παπυρος, ου, ὁ, ἡ. *Papyrus*, frutex Ægyptiacus. 4, 5. nascebatur, ut et hodie adhuc, teste Plin. H. N. I. 13. pag. 690. ed Hard. in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant. Conf. Winkelmann Hercu-

lann. Entdeckungg. p. 65. Cramers Nachrichten zur Gesch. der herkul. Entdeckk. p. 95. sqq. in primis *Cayli* Abhandl. zur Gesch. der Kunst. Tom. I.

Παρα, cum Dat., *ad, prope*. 22, 5. pro ἐν *apud, in*. 45, 2. cum Accusat., *ad, pone*. 22, 1. 5.

Παρα pro παρεστι. 56, 4. ubi post ὀδοντες subintelligendum παρα, nam verb. singular. non solum jungitur neutr. plural., sed etiam masculin. et femin. plural. rem, haud personam indicantibus, docente Porsono. Conf. Hermann. ad Pindar. Ol. 8, 10. 11, 5.

Παραδιδωμι, *trado, do*. 30, 3. 54, 6. Παραδος, scilicet ῥοδα, quod poëtam digitis indicasse puellæ existimant interpretes.

Παρεια, ἡ, *gena*. 28, 10. 22. 29, 19.

Παρειμι, *adsum*. 54, 2. *videor mihi juventute frui*. 34, 3. pro ἐστι, vel, *in præsentia est*, id est, *frueris flore juventutis*. 38, 7. pro ἐξεστι, *per me licet*.

Παρερχομαι· παρελθειν *transire*, i. e. *vincere, antecellere, superare*. 29, 28. ducta metaphora a cursoribus, qui antegressos prætereunt. Hesych. παρερχεται· ὑπερβαλλεται, Suid. ὑπερβαλλει. Sic quoque Latin. *præterire* occurrit e. gr. Ovid. Pont. 2, 2, 73.

Παρεχω, *dare, tribuere*. 23, 2. Hes. παρεσχεν· ἐδωκεν, παρεχει, διδωσι.

Παρθενος, ἡ, *virgo*. 8, 6.

Παρθιοι, ων. *Parthi*, nomen gentis Asiæ, i. q. *Persæ*. 55, 3. λεγονται και Παρθοι και Παρθναιοι vid. Holsten. castigatt. ad Steph. de urbb. pag. 244.

Παροινος, η, ον, *inter vina eveniens*. 42, 13.

Πας· το δε παν. 29, 25. idem notat, quod alibi το ὁλον, scil. κατα, *denique, omnino, uno verbo*.

Παταγος, ου, ὁ. proprie *strepitus*. Hes. et Suid. expl. ψοφος, κτυπος. At 57, 8. *rixas potatorum* significat, quibus in primis Scythæ nobiles erant.

Πατασσω (1°) *complodere*. 40, 4. de puerulo ab apicula puncto et digitulos complodente. Suavis et vivida imago ex ipsa natura expressa. (2°) *percutere, cædere*, V. 27. *Theocrit. in mort. Adon.*

Πατεομαι, prop. *calcari*, deinde *contumeliose tractari, sperni, contemni*. 46, 6. Suid. πατησας· καταφρονησας. Conf. seq.

Πατεω, *conculcare*. 26, 6. π. ἀ. θ. *conculco omnia mente*, i. e. *omnia despicio, contemno*, ducta metaphora de rebus vilibus, quas pedibus calcamus. Pari modo Latini. Conf. Virg. Georg. 2, 294. Docte et apposite potoris ingenium h. v. exprimit. 41, 6. σοφ. τρ. πατειται, sapientia et virtus conculcatur, i. e. *despicitur*. Suid. πατουμενοι· ὑβριζομενοι. (2°) πατουντες. 17, 16. *uvarum calcatores*, torculatores, alias ληνοβαται dicti. De Baccho, Cupidine et Bathyllo in cælato poculo fictis. Suavis idea et vere Anacreontica. Conf. et 52, 5.

Παυομαι, *desino*, (cum Genitivo.) 63, 17. *amare non desino*, ut apud Homer. Il. γ, 150., ita ut perfect. pass. vim perfect. medii habeat.

Παφια, ας, *Paphia*, Venus, sic dicta a Papho, urbe Cypri, ubi dea sanctissime colebatur. 29, 37. h. l. verecunde de *libidine*, ut sæpe Latin. *Venus*.

Πεδαω, *vincio*. 50, 8. *vinum uvis inclusum*, nondum ex iis solutum.

Πεζος, ου, ὁ. *copiæ pedestres, peditatus*. 16, 5.

Πειθω, οος, ους, ἡ. proprie dea *Suada*. 22, 6. Docte et audacter poëta fonti tribuit vim persuadendi ac eloquentiam.—Mœbio observante πηγη Πειθους simpliciter esse

possit πηγη λαλος, *fons garrulus.* Conf. Hor. 3, 13, 15. 16. *unde loquaces Lymphæ desiliunt tuæ.*

Πειθω, act. propr. *ligare, vincire,* hinc, 28, 24. *persuadere alteri.* 52, 21. 14, 2. med. πειθομαι, *sino me vinciri, ligari,* i. e. *persuaderi mihi patior,* sive *pareo, morem gero.* ibid. 4.

Πειραν ποιειν. 53, 11. quamvis cum Hes. et Suid. fere omnes viri docti reddiderint *periculum facere,* ita ut ibi πειραν ποιειν dicatur is, qui rosam contrectat, et, ubi ei nares admoverit, abeat. Et Brunck hanc sententiam sequutus dicit, *experimentum capere rosæ* nihil aliud esse, quam *eam admovere naribus.* Sed nimis dura ac quæsita mihi quidem hæc explicatio videtur, ut nihil dicam de eo, quod tunc poëta dicere debuerat πειραν του ῥοδου. Hinc malim cum Salmasio, quem Brunck ad h. l. laudat, interpretari *iter facere.* Gratus est, inquit poëta, rosarum aspectus illi, qui viam facit per spineta et loca sentibus obsita. Viæ enim asperitatem et morositatem mulcet aspectus rosarum, quæ in illis spinetis proveniunt, et hoc habet jucundum laboris solatium. Hæc significatio egregie firmatur auctoritate Schol. ad Sophocl. Ajac. v. 290. πειραν· πορειαν, ὁδον. Conf. Br. ad h. l. (*Degen.*)

Πελας, *prope.* 11, 11.

Πελεια, ας, ἡ. (a πελος, πελλος, πελειος,) proprie videtur esse adjectivum et supplendum voc. περιστερα, *columba agrestis;* deinde omnino *columba.* 9, 1. Sed prior ob v. 21. et hic intelligenda videtur. Hesych. πελειαι· περιστεραι.

Πεμπω, *mitto.* 9, 7.

Πεπλος, ὁ, et πεπλον, ου, το, (a πελω, quasi πεπελος) *vestis muliebris exterior, eaque longa.* 28, 30. Conf. Lennep Etym. p. 757. Hesych. πεπλον ἡ πεπλος· ἱματιον ἡ ἐνδυμα γυναικειον. De hac veste vid. Schneider Anmerkk. pag. 234. Spanhem. ad Call. Hymn. in Pall. v. 70. et Winkelmann descript. des pierres grav. p. 150. n. 845.

Πεπρακε, vid. πιπρασκω.

Πεπρωται, contr. ex πεπερατωται· v. περατοομαι.

Πεπωκως, v. πινω.

Περατοομαι, *fatis destinari.* 23, 10. verbum in fatis proprium apud Homerum sæpius occurrens. Conf. Harles commentat. *de fato et Jove Hom.* in Opuss. var. argum. pag. 425. sq. Hesych. πεπρωμενον· μεμωραμενον, quod haud dubie librariorum ignorantia finxit ex μεμοιραμενον.

Περαω, *trajicio.* 35, 5. ποντον, alias θαλασσαν, *tranare.*

Περδιξ, ὁ, ἡ, unde Latin. *perdix.* 62, 8.

Περι (cum Dativo) *circum, in, an.* 44, 4.

Περιμενω, *expecto.* 54, 5.

Περιπλεκομαι, *amplector.* 63, 5.

Πεταμαι, (i. q. πετομαι) 2, 6. ubi infinit. omisso articulo nominis vim habet et *volandi facultatem* exprimit. Vid. L. *Bos* Animadverss. p. 79. *Volare.* 40, 6. de puerulo ab apicula puncto, modo currendo modo volando, ad matrem properante. Vivida et suavis imago, quam non verbis descriptam legere, sed in tabula quasi expressam intueri et admirari, videamur. Cet. Th. M. p. 711. et Mœr. pag. 311. h. voc. e finibus Atticis exulare jubent.

Πεταομαι, *volare.* 9, 2.

Πηκτις, ιδος, ἡ. erat instrumentum musicum nervis viginti intentum, alias et μαγαδις dictum, et seriore maxime ætate sæpius pro λυρα adhibitum. 6, 10. Conf. Schn. Lex. Gr. Crit. sub πηκτις.

Πηγη, ης, ἡ. *fons.* 22, 6.

Πιθος, ου, ο. *dolium.* 51, 9.

Πινω, *bibere.* 19, 1. audacter et docte de terra: conf. L. Bos l. l. pag. 79. Part. præt. πεπωκως, *bibere.* 43, 3. Sed hoc ducendum est a forma ποω; unde Lat. *poto* factum est.

Πιπρασκω, *vendere.* 9, 11.

Πλακεντα, v. ἐμπλεκομαι.

Πλαναω, *decipere alterum.* med. πλανομαι, *ipse me decipio,* i. e. *erro.* 3, 13. ubi notanda vis præteriti: *erravi et adhuc erro.* 25, 6.

Πλειαδες, ων, αἱ. *Vergiliæ,* (signum ante genua Tauri, quod ortu suo primæ navigationis tempus ostendit. Serv. ad Virg. Georg. 1, 138.) 17, 10. Haud dubie voc. πλειας ducitur a πλεω. (*Degen.*) Vergiliæ septem stellæ sunt in collo Tauri, quarum sex tantum clare conspiciuntur.—Ortus Vergiliarum die 22. mensis Aprilis, usque ad 10. mensis Maii, æstatem constituebat, tempusque navigationis ostendebat, ut occasus—die 20 mensis Oct. usque ad diem 8 vel 11 mensis Nov. hyemem, scilicet tempus hyemale, nautis periculosum. (*Mœbius.*)

Πλεκω, propr. *plectere, flectere;* deinde omnino *fingere, construere.* 33, 3. proprie de hirundine, sed metaphorice et facete v. 6. de Cupidine in pectore poëtæ nidum construente. Hesych. πλεκει· μηχαναται.

